age. ⁊ vaca non quantũ placet ſed quantũ
licet ad videndũ ⁊ guſtandũ quoniam ſua
uis eſt dominus. In quo bene vale. Mei
memoꝛ in oꝛationibꝫ tuis. Et fratrem ger/
manum/pupillum/ commendatum habe
Scriptum pariſius. xiij. apꝛilis.
¶ Explicit.

A **Incipit ſecretũ col**
loquiũ hominis cõtemplatiui ad animã
ſuam/⁊ anime ad hominẽ/ſuper pauperta
te ⁊ mendicitate ſpũali/docẽs recurrere ad
deum ⁊ ſanctos ꝑ deuotã oꝛationẽ/ ꝑ im/
petrando elemoſyna gratie ⁊ virtutũ. In/
ſuper ⁊ pro adipiſcẽda ſcientia affectionũ
que ꝓprie ſapientia dicit̃ quaſi ſapida ſcien
tia. ¶ Et cõtinet duas partes. pꝛima tra/
ctat queſtiones ⁊ reſpõſiones diuerſas ho
minis ad animã ⁊ econtra. ¶ Secũda cõ
tinet oꝛationes ⁊ meditationes diuerſas.
quas formar anima ſub forma pauperis
mendicantis ⁊ querentis panem.

O Mea pauper/mea infir/ ¶ Hõ
ma/mea paralytica/mea miſera
bilis anima. que nihil in te aut
ex te boni habes. ſed nec tuo la/
boꝛe vales cõparare. Audi queſo meũ con
ſilium. Diſce mendicandi officiũ. fiat tibi
queſtus mendicãtis/oꝛdinarius vite ſuſtẽ
tande prouẽtus. cur fame ſiti algoꝛe interi
res? viciosa pꝛofecto multũ foꝛet hec vere/
cundia vel ſegnicies. ¶ Anima ¶ O ho/
mo hoſpes quidẽ meus qui mecum de pa
tria tue pꝛime cõditionis eiectus es. et de/
truſi ſumus in hunc tetrum ac doloꝛoſum
carcerem pñſentis exilij. fateoꝛ heu me pau/
perem. egrotam. captiuam. leſam. ſauciam
nudam. omnibꝫ egentem. Uere infelix illa
hoꝛa/qua parens pꝛimus cõmiſit in deũ
ſummũ regem grande illud nefas/ crimen
qꝫ leſe maieſtatis. quo iuſtiſſime nobis il/
la noſtra pͣclara hereditas adempta eſt. ac
de loco voluptatis gaudij ⁊ omnis excellẽ
tie depoꝛtati fuimus in hunc locũ lacrima
rum/tribulationis anguſtie ⁊ deſolatõnis
de diuitijs in paupꝛtatẽ. de ingenuitate in
vilitatem. de vita in moꝛtalitatẽ. de loco ſe
curitatis in locum plenũ diſcriminis. Et
vt ſub vno claudant̃ omnia. de vniuerſita
te bonoꝛũ/in pꝛofundũ omnis miſerie ſu/
mus iniecti. Quare pꝛoꝛſus ignoꝛo quid
factura ſim. laboꝛare nec ſcio. nec valeo:
Uerſaretur quidem laboꝛ meus ad deum
cognoſcendũ. amandũ. laudandũ. honoꝛã
dum. Sed heu nimis longe fact⁹ eſt a me
nimiũ me a ſe ꝓiecit. Cõſpicio me in tene
bꝛis poſitã. circũdatã ignoꝛantia. incerti/
tudine. erroꝛe. quibꝫ inutilis facta ſum ad
illũ intuendũ ſeu ꝯtemplandũ. Ita igitur
meo fruſtrato laboꝛe/ amodo quid agerẽ
quid laboꝛarẽ quid lucrifacerẽ? Dicis mi/
hi mendicandũ eſſe ⁊ pꝛo vita queſtuandũ
Uolo quidẽ. ſed quo ibo captiua ⁊ ꝯcluſa
intra hoſpitale tui coꝛpis/in magno carce
re hui⁹ mundi moꝛtalis. quo pacto pꝛo pe
tendo auxilio/valerẽ hinc effugere? Quis
inſuꝑ me clamantẽ audiret? Quis ad me
reſpiceret? quis ſuccurreret? Circũſpice vn
diqꝫ. Cũ deficiam⁹ omnes ⁊ paupes facti
ſimus nimis. nemo noſtrũ eſt qui ſibi ipſi
vel in modico valeat opem ferre vñ igitur
alteri ſubueniet? Quid dabit nihil dandũ
habens. Ita pꝛofecto: nõ aliam mihi ſoꝛ/
tem video ꝓpitiã/niſi contra hec mala/re/
mediũ deſperationis querere. ⁊ deſperãdo
vitam hanc finire miſerã. ¶ Hõ ¶ Quid B
dicis o aĩa deſpandũ eſſe? Abſit. Minime
certe deſpabis. meũ potius audias cõſiliũ
Tibi enĩ demonſtrabo locũ caritate ⁊ mĩa
plenũ. in quo omnes paupes querẽtes/in/
ueniũt refugiũ. Ibi enĩ copioſi ſunt illi pij
ac liberales dei elemoſynarij in eccleſia vi/
delicet celeſti. ſancti ⁊ ſancte. in quibꝫ ẽ illa
theſauraria gratie/ regina miſcꝺie. mater
pauperũ oꝛphanoꝝ. vbi adeſt ⁊ redẽptoꝛ
humani generis ſaluatoꝛ noſter ihs xps.
mediatoꝛ ⁊ aduocatus apud patrẽ ꝑ pecca
toꝛibꝫ. ¶ Queris qualiter illuc tẽdas? At
ego reſpõdeo. Illuc te ſanctũ ferat deſideri
um. Ubi enĩ tuum ſanctũ erit deſideriũ/ ⁊
ibi teipam eſſe iudicabis. Deus inquit ꝓ/
pheta deſideriũ pauperũ exaudiet. Quid
autem magis in tuo eſt arbitrio qꝫ tuũ de/
ſiderium. quo potes cõtinuo ad deũ pꝛofi
ciſci. cũ deo loqui ⁊ cũ ſanctis. ab eiſqꝫ ſub
ſidium imploꝛare. ¶ Anima ¶ Si ita eſt
o homo vt aſſeris. deſiderabo vtiqꝫ ſatis:
Uerum plurima frequenter deſidero. que
minime accipio. Et ſi deſiderando loquoꝛ
non eſt qui mihi reſpondeat. ⁊ raro vel nũ
qꝫ me expioꝛ adiutam. ¶ Homo ¶ Firmi
ter tene o anima. qꝛ ſanctũ deſideriũ ſemꝑ
auditum pꝛo te exaudit̃. niſi foꝛte pꝛopter
alteram trium cauſarum. Uel quia nõ eſt
de cõuenientibꝫ ad ſalutẽ/ſicut paulus de/
ſiderabat liberari a ſtimulo carnis. Uel qꝛ

ꝑualet in te aliud quoddā ꝑuerſum deſide-
riū vanitatis mūdane/tue ſaluti ꝯtrarium
quod reclamās/impedit ſanctū tuū deſide-
rium/ſuū ſortiri effectū. Uel qꝛ hoc tuum
ſanctū deſideriū cito nimis euaneſcit. Ra-
tionabile quidē valde eſt. ſi te iuuari voles
vt hoc tuo cedat ꝓfectui. nec ꝯtrariū q̄ras
altero deſiderio ꝑdn̄ante. Nōq̄ʒ patienter
et ꝯſtanter expectes opportunitatē ſubuē-
tionis. ſcḋm rōnabile bn̄placitū adiuuātis.
Anima ¶ Fateor hō ita eſſe. ſed in hac re
vnū me ꝯturbat. qꝛ frequēter ignoro quid
mihi expediat quid ve officiat. q̄ꝫtū ad pri-
mā deſiderij ſancti qualitatē. Abūdant in-
ſuꝑ in corde meo vana ac mundana innu-
mera deſideria. q̄ꝫtuʒ ad ſcḋaʒ. Demū mox
faſtidit animus ⁊ laſſatur in ſanctis deſi-
derijs. nec in eis ꝑſeuerat. q̄ꝫtuʒ ad tertiam
Hō ¶ Propterea tibi dixi a principio o
anima mea tibi vacādū eſſe. diſcēdū q̄ʒ mē-
dicandi officiū. quo tibi innoteſcat modꝰ
petendi/vtiliter efficaciter et ꝑſeueranter.
Utiliter quidē petes. ſi tātūmō ſalutaria. ſi
diuine volūtati placita. ſi diuine legis mā-
data impleri deſiderabis. In omnibꝫ ita-
q̄ʒ tuis deſiderijs diuinum an̄ pones bene-
placitū. diceſq̄ʒ vt ſua nō tua volūtas fiat.
Anima ¶ Miror valde o homo cur ꝑ ſan-
ctum deſideriū petendū velis vt dei volun-
tas fiat. cū velim nolim/ aliter eſſe nō poſ-
ſit. Cū etiā deus ab eterno videat ⁊ cogno-
ſcat oīa/ ⁊ ſcḋm hanc ſuā immobilē noticiaʒ
circa me ſingula futura diſpoſuerit pro vt
meis neceſſitatibꝫ nouit eſſe opportunum
quid eſt qḋ dicis vt loquar ad eū ꝑ ſanctū
deſideriū. quaſi ignoraret quid mihi expe-
diat ⁊ ſuꝑ hoc ipm̄ conarer inſtruere. Hō
¶ Ita vtiq̄ʒ eſt aīa vt dicis ⁊ nihilominus
orandꝰ eſt deus ob aliū tn̄ finem q̄ʒ ipa teti-
geris. ¶ Sicut enī deꝰ fecit oīa cū bonorū
noſtroꝝ nō egeret nec inde ditior ⁊ melior
factus ſit/ſed creatura ſue bonitatis parti-
ceps effecta eſt/ita vult deꝰ vt eū diligamꝰ
et ꝑ ſancta deſideria deuote ipm̄ alloq̄mur
ꝓpter bonū noſtrū. In hoc quidē nr̄a cōſi-
ſtit ꝑfectio. ſicut ⁊ ꝑfectio ſolis in lucēdo et
illuminādo. ⁊ ignis in calēdo ⁊ calefacien-
do. ¶ Scito ergo ꝙ deꝰ ordinauit/vt no-
ſtrā ꝯparemꝰ ſalutē/deuotas ad ipm̄ ⁊ ſan-
ctos/fundēdo p̄ces. ⁊ mādata ſue legis ſtu-
dioſe adimplēdo. atq̄ʒ ita frequēter vult ad
p̄ces ſanctoꝝ aliq̄d ꝯferre. qḋ ꝯferre inſti-
tuit anteq̄ʒ ſancti forēt. Certū q̄ppe eſt ꝙ
deꝰ ꝑ ſeipm̄ poſſet oīa formare. vult nihilo-
minꝰ ſibi ad rerū multaꝝ formationē/ſecū-
das coop̄ari cās. ſicut hō naſcit̄ officio ge-
nerationis humane. ⁊ hec inferiora corpa
ꝯſeruant̄ ⁊ gubernant̄ op̄atōe ſuꝑioꝝ. ſ. ce-
leſtiū. Ita quidē vult deꝰ vnū ſaluari/auxi-
lio alioꝝ ſanctoꝝ hoīm vel angeloꝝ. Ita
igitur ꝑpendis ſatis cur orandꝰ ſit deus et
ſancti eius. ¶ Sed forſan adhuc dices va-
num eſſe/deū ſua p̄ce vel deſiderio velle in-
clinare ad alterā partē. cū illū ꝯſtet eſſe pe-
nitus imutabilē nec in eo alternationē cē
volūtatis qua flecti poſſit de vno velle ad
aliud. aut iratꝰ placari aut offenſus recōci-
liari. Ad qḋ reſpōdeo verū eſſe qḋ de imu-
tabilitate diuine voluntatis aſſeris. nec ta-
men ideo vanas eſſe deuotas p̄ces ad deū
fuſas. quoniā alio fine orandꝰ eſt deꝰ ⁊ hō.
Orandꝰ quidē eſt deꝰ nō quaſi nr̄a oratōe
flectendꝰ aut placandꝰ/aut aliter q̄uis mō
a ſue volūtatis inſtituto imutandꝰ. ſed vt
nosipſos orantes/excitemꝰ ⁊ prouocemus
ad deuotionē ⁊ noſtre miſerie cōpaſſionē.
At ecōtra nō ob aliud hominē rogamꝰ ni-
ſi vt eū ad miſc̄diaʒ moueamꝰ. Fine igitur
cōtrario laborat intentio. deū orando ⁊ ho-
minē dep̄cando. Ibi quidē finis eſt/imu-
tatio orantis. hic eiꝰ/cui dep̄catio dirigit̄.
¶ Qua in re nō incōgrue aīaduertēdū eſt
ꝙ etiā modo cōtrario noſtra cauſa verſan-
da eſt corā deo ⁊ corā hoīe. Corā deo qui-
dem eo meliorē facimꝰ cauſam nr̄am/quo
purius ⁊ ſincerius nosipſos ꝯdēnamꝰ aut
ꝯdēnandos ꝓfitemur. nullā excuſationem
p̄tendentes. Ita ſane miſc̄diam liberatio-
nis a morte ſpūali cuiꝰ rei fueramꝰ/deo fa-
cto ꝓpitio cōſequimur. cuiꝰ vtiq̄ʒ contrariū
obſeruari cernimꝰ in curia forenſi iudicis
humani. ¶ Uolens itaq̄ʒ deū tibi fore pi-
um ⁊ miſericordē/ eſto ⁊ tu tibiipi miſeri-
cors. Eſt enī durus duris. pius pijs. bonꝰ
bonis. ſeuerus malis. Talē vtiq̄ʒ illū inue-
nies/ qualis et tu fueris in tuis deſiderijs.
nō quidē ꝑ mutabilitatē eiꝰ ſed ꝑ tuā. Uo-
lens inſuꝑ in curia ſue iuſticie abſolutōeʒ
conſequi/ tu teipam accuſabis iudicabis
condēnabis punies ⁊ ſic remiſſionem im-
petrabis. Qḋ ſi te coneris defendere ⁊ iu-
ſtificare vias tuas/ confuſionē profecto et
condēnationē reportabis. Et ſi milleſies
pecces/milleſies te condēnes quoniā ſi in
extrema hora vite teipſam ſic condēnans
inuenta fueris. vtiq̄ʒ liberaberis a morte.

Sed aīaduerte cautius ꝙ is nō legitime
ac veraciter ſe condemnat q̇ ſe ꝑ poſſe non
D emendat. ¶ Aīa ¶ Satiſfeciſti hō bene
mee petitioni/oſtendēs ⁊ ꝓponēs tres egre
gias veritates quas ignorādo/ frequēs in
me fuit turbatio. Nūc igiꝰ aīm recipio. vo
loqꝫ (vt admones) per ſanctū deſiderium
meipam ad deuotionē ꝯmouere. inſuꝑ et
recurſum facere ad ſanctos ad meipam cō
dēnandū ⁊ puniendū. Ita enī prius a pri/
cipio ſuaſiſti vt diſcerē mēdicare ⁊ queſtū
facere. Doce me igiꝰ rogo te quid mihi in/
cūbat faciendū. ¶ Hō ¶ Mihi videtur o
anima ꝙ hoc facile diſcere poteris/ ſi dili/
genter inſpexeris modos ⁊ conatus/quibꝫ
vtunꝰ paupes mendicantes oſtiatim vari
os diſcurſus hincinde facientes. pro ſuble
uandis ſuis corꝑalibꝫ neceſſitatibꝫ. Con/
ſidera queſo captiuos vel conſpectui iudi
cis pn̄tatos. ſuasqꝫ ſn̄ias trepidis animis
expectantes. Proſpice infirmos graui q̄li
bet egritudine corruptos. Perquire pau/
perū iconomoꝝ occultas ⁊ verecūdas in/
digentias. Et generaliter oculū dirige ad
omnes in quacūqꝫ aduerſitate vel ꝑiculo
cōſtitutos. puta in cōiunctoꝝ funeribꝫ. in
exilio. in incēdio. in diluuio. in bello. Aīi
aduerte inquā ⁊ ſtudioſo mentis intuitu
ꝑluſtra/ q̄ꝫ ardens ſit in his deſiderium ad
ſuam liberationē aut ſubuētionē. Inſuꝑ
attēde quid dicāt ⁊ quid gerāt. ⁊ hec oīa
confer in teipſam/ tuos recognoſcens de/
fectus ac miſerias. tuā captiuitatē tuā mor
tem. tuū exiliū. quā peccādo incurriſti. tuā
inſuꝑ deſolationē ꝑpendēs. quoniā deum
tuū ⁊ patrē ſed ⁊ celeſtē patriā/ tua culpa ꝑ
didiſti. ¶ Ita ſi feceris ⁊ cuꝫ tali deſiderio
et conatu/audacter affirmo ꝙ hoc tibi ad
ſalutē ſufficiet. eris bonaqꝫ queſtuaria bo
norum ſpiritualiū ⁊ alimoniarū gr̄e ⁊ vir/
tutū. atqꝫ ita inuenies auxiliū deſuꝑ in cū/
ctis tuis neceſſitatibꝫ. imo ꝙ ampliꝰ eſt/ ef/
ficieris admodū diues. imo dn̄a bonoruꝫ
totius mūdi. Cur ita? Qm̄ ſi facta eris he
res dei tui patris. de cuiꝰ hereditate eſt to/
tus mundus. Ita enī dixit apl's ꝙ ſi filij ⁊
heredes ⁊c̄. ¶ Anima ¶ Rem magnā mi/
hi promittis o homo. magnā dignitatem
excellentiā nobilitatem/ que mihi ex dicta
queſtuoſa mendicitate prouenient. Volo
igitur eſſe huiꝰ officij. q̄uis vituꝑabile mlꝰ
tum atqꝫ inhoneſtū illud iudicet mūdus.
ꝑſertim ꝑſone generoſe ⁊ alte proſapie.

Homo ¶ Non aliter q̄ꝫ tibi affirmaui iu/
dicabis o anima mea. niſi oīno deſipuerꝭ
Et vt hoc tibi certiꝰ appareat/ ꝓpono ocu/
lis tuis ſummū imꝑatorē mūdi qui voluit
eſſe huiꝰ officij ſicut ipe ꝑ ꝓphaꝫ proteſtaꝰ.
Ego inquit mēdicus ſum ⁊ paup. Appa/
ruit hoc in oībꝫ ſuis orationibꝫ q̄s ad deuꝫ
patrē fecit. ꝑſertim in cruce qn̄ dixit deus
meus deꝰ meus vt q̇d me dereliquiſti? Ma
gna igiꝰ eſt differētia corꝑalis illiꝰ ⁊ coacte
mēdicitatis/ que iudicio plurimoꝝ cenſeꝰ
fugienda ⁊ vituꝑabilis ⁊ huiꝰ ſpūalis de q̄
ſermo quā volūtarie ſuſceperūt oēs ſancti
imo ipe xp̄s vt dictū eſt. None ⁊ rex ille po
tentiſſimꝰ dauid in ſuo pſalterio ſe huiꝰ q̄/
ſtuoſe mēdicitatis ſectatorē ꝓfiteꝰ. dum ſe
noīat nūc infirmū. nūc orphanū. nūc vul/
neratū. nūc cecū. nūc ſurdū. nūc impotentē
nūc alienū ꝑegrinū. nūc captiuū iacentem
in puluere ⁊ ſtercore ⁊ ſic de alijs innume/
ris neceſſitatibꝫ? Et ſalomō ille ſapientiſſi
mus ſe dicebat pauperē infirmū breuiſſi/
mi tp̄is. minorē ad intelligendū legem dei
Et ita in tota ſcriptura diſcurrēdo/ inueni
mus vl'iter de oībꝫ ſanctis ¶ Aīa ¶ Mul H
tū ꝑfecto laudabilis ē hmōi queſtꝰ quē cō/
ſtat oībꝫ ſanctis fuiſſe cōem. imo ⁊ ipi xp̄o
deo ⁊ homi. Vez qꝛ iaꝫ dixiſti mihi tu hō
ſpūalē hunc queſtū facile diſci poſſe ſi dili/
genti ꝓſpectu mētis attēdanꝰ ea que in q̄/
ſtu corꝑali ab his q̇ in aduerſitatibꝫ ⁊ indi
gentijs ꝯſtituti ſunt obſeruanꝰ. Accedamꝰ
igiꝰ inuicē ꝓpiꝰ. ⁊ pleniꝰ de his miſerabili/
bus ꝑſonis ⁊ eaꝝ obſeruātijs/ cōferamus.
Homo ¶ Ita fiat aīa. qm̄ hoc tibi nō par
uo veniet ꝓfectui. Tum ꝓpter cōpaſſionē
quā inde cōcipies ad ꝓximū. adimplens le
gem caritatis in officio pietatis ⁊ mīe. Tū
propter fructuoſam inſtructionē tuā/ quā
exemplo corꝑalis hmōi queſtꝰ accipies in
queſtu ſpūali. cognoſcēs ꝑ hoc quo pacto
queres opem in tuis ſpūalibꝫ neceſſitatibꝫ
multo ꝑiculoſioribꝫ. vt ab illis liberatꝰ glo
rioſum illū eterne felicitatis fructū tādē cō
ſequaris. ¶ Loq̄mur itaqꝫ in primis de
his mēdicis qui nō incluſi degūt/ victum
quotidianū oſtiatim querētes ⁊ eoꝝ exem
plo diligentiā diſcamꝰ. Hi nāqꝫ q̄uis plu
rimū debiles ⁊ ſenio vel egritudine vl' alio
quouis accidēte fracti/ ſeipos vel baculoꝝ
beneficio portant. vel manibꝫ trahunt. vel
aliorum inniti viribus/ q̄uis difficulter ⁊
impedite incedunt. Suſtinēt nihilominꝰ

in his laborib9 multas inedias. nūc algo-
re ɔſtringunt᷑. nūc diſſoluūtur ab eſtu. nūc
a ventis ꝛ pluuijs infeſtātur. adeo vt etiaȝ
bene incolumes/crederent᷑ in hmōi mole-
ſtijs ſuccūbere. ꝛ graues opoꝛtere incurre-
re infirmitates. penſata ꝑcipue laboꝛis dif
ficultate ꝛ indigentie magnitudine. quam
ocularitet in eis experimur. dū eſurientes et
ſitientes ꝛ nudi/in inedijs vehemētiſſimis
frigoꝛib9 incedūt. vel etiaȝ frequēter nuda-
tis coꝛpoꝛib9 ad terrā ſedent/ a mane vſqꝫ
ad veſperā. Et hec oīa patienter ſuſtinent
incōmoda. ſperantes et deſiderātes aliqd
elemoſyne accipere. qua ſpe nihilominus
frequenter fraudant᷑/vacui ad domum re-
deuntes. Dumqꝫ eis aliqua certa largitio
innoteſcit/cōſidera quāta celeritate quāto
feruoꝛe illuc confugiant. ibi prouerbiū cō-
mune verū probat᷑. ꝙ neceſſitas facit anū
currere. ¶ Suſcipe ergo o aīa in te hāc di-
ligentiā petendi elemoſynā ſpūalem. nihil
hinc te auertat. nec alibi inhereas. Sin au
tem/fraudari poteris ꝛ abeſſe largitioni ce
leſtis patris. ad inſtar pauperū illoꝛuȝ de-
ſidum qui ꝑ vicos vel campos diſcurren-
tes vel verbis vel factis inutilib9 ſe occu-
pantes negligerent tempus deuotōis. tar-
dius aūt venientes ꝛ putantes ſe aliqd ac-
cepturos repulſam accipent dicendo eis.
Ite hinc. qm̄ elemoſyna hec facta ē. Et ſic
confuſi ꝛ vacui recederēt/ceteriſqꝫ paterēt
deriſui. Ita ꝛ tibi (o fatua anima mea) acci
deret ſi tempus tuuȝ inutiliter expenderes
dum ad elemoſynā dei deberes feſtinare. ꝑ
cipue dn̄icis ꝛ feſtiuis dieb9. ꝛ alias dum ti
bi fuerit oppoꝛtunitas. Ignoꝛas eni tem
pus in quo deus velit ſuam elemoſynā di-
ſtribuere. an mane an̄ veſpe an cito an tar-
de. Et ſi vtriſqꝫ his hoꝛis elemoſynā ſuam
tribuerit/tanto vberioꝛ ſubſequet᷑ fructus
Anima ¶ Bonū eſt hoc tuum ɔſiliū o hō
Verū me cognoſcere opteret loca idonea.
in quib9 vtiliter elemoſynā iſtaȝ querā. ita
eni ꝑ eos de quib9 locut9 es/pauperes fieri
cōſpicio. Studioſe eni ꝛ cū magna diſcre
tione/ loca exquirunt ad queſtū oppoꝛtu-
na. ſcientes qꝛ nō paſſim in quibuſlibet lo
cis fructuoſus eſſet queſtus. vt ſi tabernas
aut alia ſuſpecta ꝛ infamia loca frequenta
rent. plurimum verbera ꝛ iniurias pꝛo ele
moſyna recipent. Et ideo in locis ſacris et
in ianuis diuitū/ſe pſentant. ibiqꝫ a longe
non ingrediētes. humiliter elemoſynā pe

tunt dicentes/panem ꝓpter deū ¶ Homo
¶ Ad hoc tibi reſpōdeo o anima ꝙ locus
diſtributionis tuarū elemoſynarū eſt in ce
lis. vt ꝑdixi ꝛ illuc te pōt ꝛ debet ferre tuuȝ
deſideriū. Debes eni ɔſiderare tuū deſide
rium ad ſimilitudinē equi volātis. qualeȝ
fuiſſe fingūt poete pegaſum. cui9 quidē eq
ale due ſunt. timoꝛ ꝛ ſpes. Vel etiā ad ſili-
tudinē currus ignei. ſilis illi in quo delat9
eſt helyas in ꝑadiſum terreſtrē. Cui9 rote
quatuoꝛ. ſunt quatuoꝛ virtutes cardiales.
equi vero trahētes ſunt tres theologice vir
tutes. auriga vero eſt diſcretio. Late diffu
ſeqꝫ poſſet hec materia deduci. ſed ſub hac
breuitate nunc tranſeo. Satis ſit ꝑ hec in
notuiſſe/ ꝙ tuo deſiderio te valebis ꝗ vo-
les ferre. ſed caute circūſpice ꝗ ꝑgas. Pro-
ficiſcere igit᷑ ad eccleſiā celeſtē. ne tamen in
gredi ꝑſumas in ſanctuariū vel nimis ꝓpe
altare accedere. Tibi ſufficiet ad pn̄s apō
ianuā reſidere. ibiqꝫ a remotis vociferādo
elemoſynā petere ꝓpter deū. Ibi eni ſunt in
numere manſiones ſanctoꝛum. vbi potes
oſtiatim ſimiliter vehemēti deſiderio cla-
mare ꝛ te queſtuare. ¶ Aīa ¶ Rem facilli-
mā factu putaui o homo hāc elemoſynam
conſequi. audiens ex te hoc ſolo deſiderio
ferri poſſe nec dū hui9 negocij difficultateȝ
exꝑta. nūc vero aliter inuenio. qm̄ dū hec
inferioꝛa derelinquēs/in ſuꝑna/mea volui
conferri deſideria. mihi ſuꝑuenerunt infi-
nita impedimēta. adeo vt nihil difficilius
factu iam cenſeam eo qđ prius tam facile
iudicaui. Vox eni vt illuc ſurſum ferri vo
lo per ſanctū deſideriū/exꝑioꝛ meū deſide-
rium aridū. aut ſubito alioꝛſum deflexum
nūc ad theatra. nūc ad ſpectacula. nūc huc
nūc illuc. nulla in eo manente conſtantia.
ita ad omne qđ occurrit diſcurrit ꝛ peruo-
lat. nec vllibi quieſcit atqꝫ ita in meipa de-
ficio. neſciens aduerſus hec impedimenta
remedium efficax inuenire. quo reddi poſ-
ſim idonea ad petendū ſalutarem elemoſy
nam ¶ Homo ¶ Contingūt hec omnia
tibi (o anima mea) quia non plene ſatis ac
pꝛofunde adhuc tuam agnoſcis pauperta
tem. ꝑiculūqꝫ in quo verſaris. quoniam ſi
hoc ad plenū cognoſceres/ minime pꝛofe-
cto ita perſtreperet in te ſenſualis appetit9
et ad vana quelibet diſtractus/ſineret᷑ tuū
ſanctum deſideriū diuellere atqꝫ diſcerpere
Et hoc quidē intelligere poteris pauperū
ſupꝛa dictoꝝ exemplo. Inſuꝑ ꝛ eoꝛuȝ qui

carceribꝫ pro crimine detinent̃. quoꝝ vti-
q̃ ꝯtinua eſt expectatio ꝯparēdi ante iudi
cem. Quid ſane tales abſq̃ intermiſſione
deſiderāt/ niſi ſuā liberationē: quātūq̃ in
eis hoc ferueat deſiderium/ teſtificant̃ exte
riora quelibet ſigna. verbis ⁊ operibꝫ. nūc
apud iudicē. nūc apud cauſarū patronos:
nunc apud alios quoſlibet qui ꝑſidio eſſe
pñt/ exhibita. Minime profecto tunc eis
ridere/ aut iocari libet. aut cū ſuis cōcapti-
uis petulanter aut rixoſe cōuerſari. q̈nimo
tota humilitate de ſolis ſuis ꝑiculis ⁊ mi-
ſerijs ꝯferunt. intra ſe pñiā amaram agen
tes ſuſpirātes ⁊ gemētes. ¶ Dic ergo mi-
hi o anima. Nōne ⁊ tu vt a principio fate-
bare es captiua? Sed in quo queſo carce-
re? Certe in carne. feda. moleſta. plena ob-
ſcuritate miſerie ⁊ pene infinite neceſſitatꝫ
de quo quidē carcere egreſſura es/ ⁊ diſtri-
cto tremēdoq̃ dei iudicio/ ſuꝑ tuis morta
libus criminibꝫ pñtanda. vbi nō de quali
bet morte corꝑali/ cauſa verſabit̃ ſed eter-
na. Ignoras aūt horā qua porta huiꝰ car-
ceris attollet̃ vt hinc egrediaris. Quomō
igit̃ hec aīaduertens/ poteris tua deſideria
aliorſum cōferre/ ꝑterq̃ ad ſolicite petēdū
auxiliū ⁊ liberationē. ꝑſertim cum videas
hmōi pauꝑes tanto ſtudio vacare. imo eti
am plerūq̃ ꝑ diem integrā in vno eodēq̃
loco reſidere. ꝓ buccella panis aut ꝑuo ali-
quo denario obtinēdo? Cur igit̃ non illic
figes plene deſideriū tuū vbi cōſtat plenā
ab omni malo liberationem ⁊ ſecuritatem
te indubie reperturā? ¶ Anima. ¶ Talis
eſt fateor (o homo) mea miſeria. talꝰ q̃ meꝰ
defectus. Et idcirco vacabo ex nūc. ⁊ cona
bor amplius/ mea illic deſideria colligere.
Cognoſcis tñ ⁊ ꝑpēdis qm̄ mihi incūbit
corꝑi intēdere ⁊ ꝓ eius ſuſtētatione ⁊ alim̄
to frequenter impediri. ⁊ varijs inuolui la
boribꝫ. ſicq̃ plurimū deorſum in terris ver
ſari. cū ſurſum merito mens tolli deberet ⁊
ſuis elemoſynis petēdis ſtudioſius inten-
dere. ¶ Hō. ¶ Nō eſt ꝑfecto prudentis (o
anima) ꝓprijs negocijs neglectis aliena ꝓ-
ſequi. atq̃ ita curā alteriꝰ gerere/ vt hinc ſi-
bi ipſi iacturā afferat grauiſſimā. Suſten-
tandū quidē eſt atq̃ alendū corpus. ſed lō
ge minore diligētia/ breuioreq̃ labore ac re
miſſiori ſtudio id fieri poſſet ⁊ deberet q̄
facias. Hoc ſane eſt quod te turbat ⁊ fallit
quia nimis ⁊ ſupra q̄ poſtulat neceſſitas/
corpori cōplacere curas. eiq̃ diligentius
ſeruire. nō attendēs illiꝰ q̄ deordinatus ſit
appetitus/ q̄ inſolens/ q̄ auidus. imo in-
ſatiabilis/ ſi illi ad plenū ac de oībꝫ rñdere
curabis. Erit igit̃ illi veſtitꝰ ne frigeat. ali-
mentū ⁊ paſtus/ ne fame ſitiq̃ pereat. De
reliquo/ pro teipſa ſolicita eris ⁊ velut pru-
dens ⁊ fidelis tibiipſi vacabis. ¶ Anima. S
Iſta volo quidē facere o hō ſed infeſtū mi
hi nimis eſt corpus ⁊ ſatellites eius. nec q̄-
uis mō volunt ꝯtētari pñtibꝫ. q̈nimo ſem-
per rebꝫ nouis inhiant. atq̃ indies ſibi ali
quid deeſſe querunt̃. Petunt oculi pulcra
vndiq̃ intueri. in veſtibꝫ. in equis. in edifi
cijs. ceteriſq̃ oībꝫ rebꝫ. Plangit os et im-
portune clamat: dū ſibi vina ⁊ eſce/ modis
omnibꝫ exquiſite atq̃ delicate/ deficiunt.
Quid de auribꝫ dicā que vanis ſermonibꝫ
detractorijs aut adulatorijs inſuꝑ ⁊ ſono-
rum reſonātijs atq̃ alijs ſilibꝫ innumeris
petulantijs ſaturari nullatenꝰ pñt? Sed
heu quis linguā frenabit a ſuo clamoroſo
ac libero eloquio. quē queſo ſtrepitū q̈ntū
diſturbiū quale murmur mihi frequenter
cōcitat? Erubeſcerē pudēdos tactꝰ mores
aꝑire. cuiꝰ inſatiabilis eſt appetitus ad lu-
bricas ⁊ fedas immo abomiabiles carnis
delectationes. ¶ Ideoq̃ affirmo tibi o hō
nullū mihi adeſſe poſſe deſideriū ſanctum
qđ ſurſum valeat libere ꝑgere ⁊ volare his
obuiantibꝫ diſturbijs/ quibꝫ intra hoſpiti
um cordis mei exꝑior velut forū quoddā
ꝯmune ac theatrū tumultuoſum/ quotiēs
menti deberet dari quies ⁊ ꝑ ſanctū deſide
rium in celū deportari ad ea ꝑagenda que
ſuades. ¶ Hō. ¶ Iam rñdi tibi o aīa atq̃
demonſtraui q̄ hec impedimēta ſuperare
poteris atq̃ ſecura ⁊ quieta ꝑterire/ ꝑ intē-
ſum ⁊ vehemens deſideriū ad tuā in tanto
diſcrimine ſubuētionē. vñ fiet vt ſub obtē
tu tam neceſſarie ſubuētionis/ ꝯtēnas plā
ctum ⁊ clamorē quātūlibet infeſtū corꝑis
et vaſalloꝝ eius. ¶ Et q̄uis exēpla que ꝓ-
ceſſerūt merito ad hoc ſufficerent. accedūt
tñ adhuc ⁊ alia. Aīaduerte ꝑcor ſi pauper
aliquis/ vnam ex ſuis ouibꝫ amiſerit/ vel ſi
domus ſua incendio ꝑeat. vel ſi filius eius
morti incūbat/ nonne mox omnibꝫ preter-
miſſis/ ouē ſuā diligētiſſime querit/ aut oc
currit ſue domꝰ incendio/ vel ſui filij ꝑicu-
lo ꝯſulere ſatagit? Minime tunc aduertit
quid ſuū corpꝰ aut ſatellites eiꝰ q̄ꝝ tātū di-
xiſti eē ſtrepitū agāt. aut dicant. ſed oīa illa
aure ſurda ꝑteriens/ ſuo tm̄modo negocio

vacat. q̄nimo nec de qualibet alia re loquē
tem aliū quēlibet nec attendit. ¶ Cur igit̄ et
tu/dū es letaliter ſauciata ⁊ ꝑdita ꝑ pecca⸗
tum. inſuꝑ ⁊ tētationibꝫ prauis eſtuās/nō
poteris tuū ꝯuertere deſideriū ad petendū
in tanto tuo ꝑiculo ſubſidiū. Caue ne tua
culpa tibi ſis impedimēto/quo minꝰ hoc
facere valeas. dum tuo corꝑi adminiſtran
do. minus prudenter intēdis. laxans ſibi
nimis habenas. querens illud nō ſolū nu
trire/ſed laſciue tractare atqꝫ oblectare ni⸗
mis ſine mō. Unde fit/vt te ⁊ illud ꝑdas ⁊
deſtruas ac tandē etiā cū illo ꝑeas. ¶ Ani
C ma ¶ Nis a te dictis o homo nequeo con
tradicere ex quo vtiqꝫ ampliꝰ mea ꝑmaxia
innoteſcit miſeria. q̄m ꝓter hec que expo⸗
ſuiſti/ꝯſidero qđ dictū eſt in pueris. quos
dū matres aliq̄n ſolitarios relinquūt/ mi⸗
rum videri pōt/quāta deſolatione torq̄an
tur. q̄ꝫ feruēti etiā deſiderio illas requirāt/
flentes inceſſanter ⁊ eiulātes. nec aliud q̄c⸗
q̄ꝫ cogitātes. Quāto magis ego miſera me
rito dolerē ⁊ in meo exardeſcerē deſiderio.
dū mea culpa me video ꝑdidiſſe meum pa
trem celeſtē ⁊ ſua grā priuatā que eſt mea
mater ⁊ nutrix. ¶ Fert̄ de multis/qui parē
tibꝫ orbati vel etiā hereditate fraudati pat̄
na. ſeipos ꝑemerūt. Legit̄ inſuꝑ de q̄ꝫplu⸗
rimis feminis q̄ a ſuis derelicte maritis/ꝑ
mortē aut alias. ſibiipſis necē intulere. At
ego heu infelix ꝑſepe perpēdo me patrem
celeſtē offendiſſe/ac ꝓinde a ſua pñtia legi
time ꝓſcriptā ⁊ paterna hereditate equiſſi
mo iure priuatā. ſed ⁊ is q̄ mihi eſſet ſpon⸗
ſus ob meas inſolentias ⁊ lubricas fedita
tes/me ꝯtēnit abiicit ⁊ repellit. ¶ Quoti⸗
ens inuētū eſt/ vt ꝓ amico ꝑdito alter ſibi
necē inferret. Et q̄s talis ac tātus amicꝰ ſi⸗
cut dñs nr̄ ihs xp̄s/qui ꝓ mea ſalute/mor⸗
tem ſuſcepit/quā nec ꝓ meipa vellem ſuſti
nere? Itaqꝫ ſi hec ꝓpter infortunia aut dā⸗
na tꝑalia fiant. merito in tāto meo ſpiritua
li detrimēto/ mihiipi dabo vexationē/ ero
qꝫ ſupra modū dolens ⁊ triſtis. Quo non
obſtante/loquar ad te ꝯfidenter. ⁊ exponā
quid in hac re aliq̄n mihi cōtingat. Inue⸗
nio eni dum ꝑ deſiderium clamo ad domi
num ⁊ ad ſanctos auxiliū petēs. deſuꝑ nul
lam adeſſe cōſolationē. nullū meis neceſſi⸗
tatibꝫ afferri ꝓſidiū. Unde fit vt remaneā
apud me frigidior ac minꝰ feruida ad eos
deꝓcandū ⁊ orandū. ¶ Hō ¶ Non hinc
miraberis o anima. q̄m ita diſpoſuit aut ꝑ

mittit fieri deus ꝓpter alterā cauſarū quas
exponā. ¶ Una quidē eſt propter tuā inſtructionē. vt ex hoc videlicet officiū men⸗
dicandi tibi plenius innoteſcat. Si enim
mox te petente/petita accipes. tunc vel do
num dei paruipēdens/ad alia facile tua di
uerteres deſideria. vel dei beneficio ingra⸗
ta/ſuſceptum gratie munus iuſta viciſſitu
dine ꝑderes. per qđ et te diuinis redderes
indignam beneficiis. Frequenter id fieri
videmus apud homines vt his qui bene⸗
ficia cito ſuſcepta paruipēdunt. petita vel
denegentur vel difficulter ⁊ tarde concedā
tur. quaſi vana ⁊ indigna ſit talibus facta
donatio. Quēadmodū etiam mater aliq̄⸗
tiens infantē ſuū propter eius abſentiam
eiulantē/ad tempus relinquit ſolū. vt poſt
modum apud eam diligētius remaneat ei
qꝫ inhereat feruētius. Contingit etiam vt
delectet aliquādo filiorꝫ amorē per hoc ex⸗
periri. ⁊ experto dolore materne abſentie ma
iorem ad eos excreſcere dilectionē. Ita q̄⸗
dem diuinū indultuꝫ differri putandū eſt
aliquādo. vt hinc tua innoteſcat diligētia
humilitas ⁊ patientia. vnde perpenditur
an vera ſit tua paupertas an ficta. Nam et
ſic fieri comperimus apud pauperes hu⸗
ius mundi/ quos per longam expectatio⸗
nem tentari cernimus/an vera ſit vel ſimu
lata eorum paupertas. Quos eni deſides
impatientes ⁊ murmurantes cū indigna⸗
tione ⁊ cōtemptu dilate donationis inſpi⸗
cimus. hos indubie ſimulatores pauꝑta⸗
tis iudicamus. Ita ⁊ apud quoſdā hypo⸗
critas ꝯtingit/qui ſeipos intra ſe iuſtificāt
et cum ſe opulentos virtutibꝫ iudicēt/nul⸗
lius diuini doni ſe egere ꝓſumūt q̄ꝫuis ver
bo tenus ꝯtrariū ſimulent. Deus aūt qui
ſcrutatur profunda maris/hanc eorū ſuꝑ⸗
bam ſimulationē agnoſcens/ per longam
expectationē eos miſericorditer ad patien
tiam ⁊ humilitatē reducit. dum in hac di⸗
latione ſue miſerie atqꝫ indigentie facit eē
certiores. ¶ Anima ¶ Quomō queſo fie⸗ D
ri poteſt o homo vt anima aliqua ſe diuitē
et ꝓpotentem arbitret̄. que ſe tot miſeriis an
guſtiis carceribꝫ indigentiis ꝑiculiſqꝫ gra
uiſſimis videt obnoxiā? ¶ Hō ¶ Veri⸗
to profecto obſtupeſcis anima ſuper hac
temeritate ſuperbiſſima. Eſt nihilominus
ita vt aſſerui. Tum propter negligentiam
et incuriam petendi auxilium deſuper.
quam vtiqꝫ deſidiam minime incurreret

anima ſi eius miſeriã ⁊ deficientiã attẽde-
ret. Cum ꝓpter ſummã indignationẽ quã
aduerſus eos cõciperet qui ſibi ſuã paup-
tatem ⁊ miſerabilẽ conditionẽ ꝯmemora-
rent. eam vt vere eſt peccatricẽ aſſerentes.
quã nihilominus verbis ſimulatorijs pro
fitetur. Nam ſi ex cõſcientia vere humilita
tis hoc faceret. quid cauſe eſſe poſſet vt eos
indigne ferret qui proprie ſue conſcientie
teſtimonio cõcordarent. Non mirũ igitur
ſi taliter anima diſpoſita/ minime diuinuʒ
indultuʒ ſuſcipiat ⁊ gratie impetret alimo
niam. cum ſe nec illius indigentẽ recogno
ſcat/ imo plena manu adueniat petitura.
Ita ſane non iniuria repellũtur mendici
queſtuarij ⁊ fraudulenti/ qui cũ abundare
cognoſcãtur/ ſe fingunt verbis ⁊ ſignis mẽ
dacibus deficere. ¶ Eſt ⁊ altera cauſa cur
non ſtatim exaudit anima. vt videlicet cõ-
gruo tempore/ ſm occulta ſua iudicia/ deꝰ
tribuat qḋ mox cõcedere non expediret. vt
vel ſic anima ſtudioſius vacet/ ⁊ ſine inter
miſſione ſingulis horis ãnonã celeſtem ex
pectet. ⁊ nõ torpeat/ certificata de tpe indu
bitato benefice ꝑceptõis. ¶ Eſt deinceps
et alia huiꝰ dilationis cauſa/ vt ſic deꝰ mo-
ram faciens tunc primũ cum videbit inur
banus denegator/ vberius ſua dona largi
tur. ſicut frequẽter pauperi diutius tardan
ti ⁊ etiam iniurias ⁊ opprobria humiliter
et equanimiter toleranti/ pinguior accedit
largitio. ¶ Contingit etiam hinc rationa
biliter pauperem aliquem a ꝑceptione ele
moſyne repelli. quia cognoſcitur alijs que
poſſet ⁊ deberet impendere pietatis officia
denegare. Ita nimiruʒ accidit anime con-
tra proximum indurate/ que ſuis debitori
bus nihil vult dimittere. nihilqꝫ largiri pe
tentibus. ¶ Interdũ etiam fit/ vt ſtudio-
ſe/ pauperi alicui hoc ipſum neſcienti/ lar-
ga manu ſuccurratur. ſubtiliter ac occulte
ſua munera in domũ eius inferendo vt fe-
cit beatus nicolaus. vel etiam amicis ſuis
tradendo/ quatenus ei prout viderint op-
portunũ fideliter adminiſtrent. Et hoc fit
plerũqꝫ/ dum talis p̃ſumit ꝑceptis donis
nõ bene vſurus ſed vel ad faſtũ ꝯuerſurus
vel ad voluptatẽ. ¶ Poteſt ⁊ hmõi dilatõ
diſpẽſatione diuina ꝯtingere. que maiora
et largiora p̃mia reſeruat ſuo tpe cõferẽda.
ad modũ quo pater filio nõ ſtatim heredi-
tatem ſuã largitur. ſed ei vſqꝫ ad annos pu
bertatis legitima ordinatõe reſuat. ¶ Car

dat etiã aliqñ deus petita largiri quia cuʒ
ſint nimis exigua que petuntur/ vult con-
gruo tpe maiora tribuere. ad inſtar regis
magnifici qui ſuũ aliquẽ ꝓdilectũ ſeruito
rem/ humile aliquod officiũ puta cliente-
le petentẽ/ non audit. volens ⁊ intẽdens eũ
ad altiora promouere. ¶ Cõtingit p̃terea.
ideo etiã aliqñ nõ exaudiri petentẽ. qꝛ pro
pter ingratitudinẽ p̃teriti beneficij/ ſe indi
gnuʒ fecit ad ꝑceptionẽ futuri. ſicut ſi pau
per aliquis mox duʒ elemoſynã acceperit
ſe a donante auertat nullã viciſſitudinem
honoris aut gratiarũactionis ei retribuẽs
qui tamen anteqꝫ acciperet ſummã humili-
tatem fingebat. ¶ Sed ⁊ fraudatur aliquã-
do quis ſue petitionis effectu/ quia mens
petendo cogitatione vel locutione auerti-
tur a deo. ad terrena penitus diſtracta. ve-
lut deo exhibens manũ ad recipiendum. ⁊
ad mundũ faciem cõuertens. quod vtiqꝫ ꝑ
maxime diſcõuenit pauperi mendicãti vel
reo criminis elemoſynã aut gratiam requi
renti. ¶ Contingit inſuꝑ aliqñ quia talẽ
orantẽ habet deus velut ꝓphanũ ⁊ excõica
tum. aut nolenteʒ audire ipm loquentẽ in
ſuis ſermonibꝫ ⁊ ſcripturis. ſicqꝫ nimirum
deus talẽ ſpernit in ſuis petitionibꝫ. ¶ Cõ
tingit deniqꝫ hoc aliqñ qꝛ talentũ creditũ
recondit ⁊ nõ multiplicat ad intẽtionẽ do
nantis ꝑ bonũ vſum illius. quẽadmoduʒ
pater minime daret filio. C. libras ad vſuʒ
negociationis. quẽ non ſperaret negocian
do alias centũ ſuplucraturũ. Eſt itaqꝫ no-
bis ſpũalis negociatio cum deo videlicet
donis ſuis bene vti ⁊ vigilanter operari.
Anima. ¶ Sunt (vt ex te audio o hõ) iudi
cia dei plurimuʒ admirabilia ⁊ circa me-
as petitiones iuſtiſſima. Aiaduerto enim
q frequenter deus mihi petita mea ꝯcede
ret iratus multũ ⁊ indignatus. qm̃ hec cõ-
ceſſio plerũqꝫ eſſet mihi nociua ⁊ dãnabi-
lis. Magis itaqꝫ mihi cõuenit ſepiꝰ tarda
re ⁊ dilationẽ ferre. nec ideo multũ aĩo exul
tare ⁊ cõfidere ſi qñqꝫ me ꝑpendo exaudi-
tam. ne forſan hec ſit mea merces ⁊ illa fu-
tura eterna iuſto dei iudicio deneget. Nec
etiam ideo parte ex altera nimium deijci ⁊
contriſtari/ ſi non ſtatim me contingat ex-
audiri ſed potius hinc conſolari ⁊ ſperare
quoniam hoc nouit deus ad ſalutem meã
expedire. ¶ Comprehendo itaqꝫ ex cau-
ſis quas expoſuiſti plures conditiones in
oratione mea obſeruandas. Puta q fiat

ſtudioſe fructuoſe ⁊ veraciter abſq͡ꝫ fictōne
proteſtando ⁊ recognoſcēdo ꝓpriam paupꝫ
tatem ⁊ miſeriā more pauperū mendicorū
qui plene detegunt ⁊ declarant omnē ſuaꝫ
impotentiā ⁊ leſionē ex hoc ſperantes faci
lius ac celerius miām conſequi a diuitibꝫ
ſibiq͡ꝫ ſubueniri. imo ſub hoc interuētu / ta
cent ⁊ occultant quālibet in eis incolumi-
tatem ¶ Erit inſup oratio mea cū patien-
ti expectatione. Fietq͡ꝫ intelligibiliter ⁊ pſe
ueranter. letanter ſuſcipiet datū cū gratia-
rūactione ⁊ beneficij accepti per bonū vſuꝫ
multiplicatione ¶ Sed h̄ mihi duo ſur-
gunt dubia. Uidemus enī libentius abū-
dantiusq͡ꝫ ſubueniri a diſcretis ⁊ pijs diui
tibus / pauperibꝫ verecūdis iconomis qui
publice petere ex honeſtate formidant. q͡ꝫ
alijs publice ⁊ inuerecūde petentibꝫ / ſuāq͡ꝫ
penuriā in apto p̄dicantibꝫ. Uidetur pre-
terea plurimū onerosum ac tedioſum / ſi tā
frequens / tāq͡ꝫ aſſidua vt aſſeris debeat eē
oratō. Unde reddunt̄ ex hoc plurimū pau
peres / diuitibꝫ hui⁹ ſeculi odioſi. quia im-
portune nimis petūt quaſi de nullo ꝯtenti
nec cedentes dū petita denegant̄ aut recu-
ſant̄. ¶ Rō ¶ Magna eſt o aīa diuerſitas
hic ꝯſiderando inter diuinā ⁊ humanā lar
gitatē. ¶ Primo quidē quo ad noticiā. iō
enī diuites hui⁹ ſeculi denegāt aliqn̄ men-
dicis palā petentibꝫ. quia in ipſis plurimi
ſunt deceptores ⁊ ſimulatores. qui datis ſi
bi elemoſynis abutunt̄. vel etiā aliūde abū
dantes alieno non egent auxilio. Et ꝓpter
hanc fraudē / ſepe detrimentū ſuſtinēt veri
et boni paupes. Non ita res agit̄ cum pau
peribꝫ iconomis. q͡ꝫuis ⁊ illi / ſecretā ſubuē
tionē a diuitibꝫ ſperātes / ſubtiliter ſuas ex
ponūt aut exponi faciūt neceſſitates. lꝫ cū
quadā verecūdia. que aliqn̄ ex ſupbia p̄ce-
dit que vtiq͡ꝫ deteſtāda eſt. aliqn̄ aūt ex hu-
militate qua etiā humilitate deuꝫ exorādo
vti potes ⁊ debes. Nō enī tua peccata q̄bꝫ
paupꝫ degis / oībꝫ detegis. ſed his ſolis q̄ ti
bi poterūt eſſe auxilio ⁊ ſub ſecreto q̄bꝫ cū
deus ea velit ad tuā ſalutē prodi. ſi celata
ſeruares / pnicioſe ſupbie vtiq͡ꝫ venires ar-
guenda puta ſi in ꝯfeſſione veritatem tace
res ¶ Scd̄o ꝑpendit̄ dicta diuerſitas q̄n
tū ad donātis ꝑtātē. Importuna enī peti
tio ideo diuites hui⁹ ſeculi ꝯtriſtat ⁊ a do-
nando retrahit / quia nō omnibꝫ ſubueni-
re pn̄t ⁊ cunctis eoꝝ adeſſe defectibꝫ. nec eī
ad hoc quātūlibet immēſe copie ſufficerēt

Alia lōge eſt diuitiaꝝ ⁊ magnificentie dei
ꝯditio. qui abſq͡ꝫ detrimēto ſui / oībꝫ dat af
fluenter. ꝓmptiorq͡ꝫ eſt ad dandū q͡ꝫ ſum⁹
ad recipiendū. ideoq͡ꝫ vult te ſp eſſe p ſan-
ctum deſideriū diſpoſitā ad ſuſcipiēdū do
na ſua. Quāto ei ea feruētius deſiderabis
et petes / tanto abūdanti⁹ accipies. ſicut q̄
ſoli corꝑali / amplior aperitur aditus eo co
pioſius lumē eius ꝑcipit̄. Laudabis igit̄
dominū ⁊ pſeuerāter. imo inceſſant̄ exora-
bis. admodūq͡ꝫ cauebis ne aliqn̄ mēti ſur-
repat de teipa grandis opinio / quaſi diues
ſatis effecta ſis / nō amplius egens mendi
care. Quinimo quo plus augebitur dona
tio / eo erit inſtantia frequētior. quoniam
tunc amplius egebis gratia dei ad ꝯſerua
tionē donorū eius. inſup ⁊ ad bonū ⁊ legi
timū vſum eorūdem. ſine cui⁹ vtiq͡ꝫ p̄ſidio
cōtinuo mox totū amitteres qd̄ prius acce
peras fierentq͡ꝫ deteriora nouiſſima prio-
ribus ⁊ eſſes ſolito pauperior. Unde fit vt
nullus inueniat̄ tam ꝑiculoſus tam q͡ꝫ la-
tens et inſidioſus hoſtis tuis ꝑcipiendis
elemoſynis q͡ꝫ ſupbia que vt plurimum ex
pellit exufflat et abijcit de manibꝫ quicq̄d
diuinitus cōceſſum eſt. Prudenter igitur
ages tibi ab hoc hoſte toto ſtudio p̄cauēs
Anima ¶ Satiſfeciſti iam hō meis dubi y
tationibꝫ / reſtat vt rurſus te interrogē apō
quos me ꝯferā pro meis ſuſcipiendis ele-
moſynis. an ad deū a quo omne datū opti
mū ⁊ donū ꝑfectū / ſufficiat abſq͡ꝫ medio ꝑ
ficiſci. Que inſup ad hoc hora ſit aptior. ⁊
quis locus. ¶ Rō ¶ Attēdere debes o aīa
q͡ꝫ egrotus aliq̄s vilis ⁊ fed⁹ aut ſcurra aut
morti ꝯdēnand⁹ / vel q̄libet alius ſilis. ne-
quāq͡ꝫ p̄ſumeret in ꝯſpectu alicui⁹ excellen
tis principis / abſq͡ꝫ medio ſeipm̄ exhibere
p̄cipue dū deputati ſunt alij q̄ tales audiāt
et eis patrociniū impēdant. Tibi igit̄ ſua
deo vt mediatorem recipias / ad ſanctos te
conuertēs. quorū ſuffragijs apud deuꝫ te
queſtues. Hoc ſane tua exigat humilitas.
hoc fieri vult deus ad honorē ſanctorum.
Conſidera hoc in curia alicui⁹ regis. in q̄
forefactor aliquis foraneus / qui videlicet
nō eſt curie domeſticus / nō ſtatim ad regiſ
p̄ntiam ſe confert. ſed ad aliquem domeſti
cum curie. Et aliquotiens ſtudioſe queret
ex minimis vnū puta ianitorem per queꝫ
ad maiores dirigatur. ⁊ ſic tandem vſq͡ꝫ ad
regem perueniat ¶ Nec tibi mouebis ſcru
pulum dū aliquē ſanctoꝝ ſpecialiter tuuꝫ

mediatorē recipies/ q̄ſi ceteri de hoc velut
inuidi turbent̄. ¶ Tanta q̄ppe caritas ac di
lectio verſat̄ apud eos/ vt eorū penitus ſit
idē velle. atqꝫ ꝑ hoc qḋ vnus orat ⁊ deſide
rat. orat ⁊ deſiderat alter. ¶ Liberū ergo erit
tibi ꝓ tua deuotione/ ad quēcūqꝫ ſanctum
ſpēaliter recurrere in tuis opportunitatibꝫ
ſm̄ q̄ ad hoc te inclinabit ꝯſideratio virtu
tum ⁊ donoꝝ/ quas in tali ſancto cogno/
ſcis floruiſſe. ¶ Cui quidē ſancto/ cōſulto te
ꝯmittes. tāq̄ tuo ꝓtectori ac directori. nec
tñ ꝓpterea ceteroꝝ negliges auxilia poſtu/
lare. ¶ ¶ Queſiſti aūt quis ad interpellādos
ſanctos/ locus habeat̄ idoneus. ¶ Eſt profe
cto oīs locus aptus orōni dei. ⁊ interceſſio/
ni ſanctoꝝ. ¶ Templa tñ/ deo ⁊ ſanctis dedi
cata/ ſpēali ꝯgruitate ad hoc deputant̄. in
quibꝫ qm̄ cōi noīe totius eccl'ie fiunt orō/
nes. ſūt virtute ⁊ merito p̄ſtātiores ¶ ¶ Sic
et de tp̄e de quo etiā mouiſti q̄ſtionē/ ſenti
endū arbitror. ¶ Deputati ſunt q̄dē ad ora/
tionē ſpēaliter feſti dies ⁊ ſolēnes. quibus
etiā frequētius dona gratiaꝝ diuinitꝰ imit
ti credunt̄. ¶ Experimento enī certiſſimo didi
cerūt plurimi/ diebꝫ his vberibꝫ ſe diuinitꝰ
adiutos ⁊ cōſolatos. nec huiꝰ aliā ſcirent aſ
ſignare rationē/ p̄ter diuinā magnificētiā
et liberalitatē. inſuꝑ ⁊ ſanctoꝝ interceſſio/
nem copioſam. ¶ ¶ Alia ¶ Vellem p̄ter hec
adhuc o homo ex te informari/ ſi mihi lice
at ⁊ expediat/ pios homines adhuc in ſecu
lo viuentes deprecari atqꝫ etiam in eorum
interceſſionibꝫ confidere. p̄ſertim qꝛ meo
iudicio in p̄ſenti exilio nemo eſt qui ſuper
abundet ⁊ non ſatis opus habeat his que
poſſidet. vix q̄ ſibi ſufficiat vnuſquiſqꝫ vt
q̄ ſat oret ꝓ ſeipo. ¶ ¶ Hō ¶ ¶ Tam grata tā
dilecta deo eſt caritas mutua fratrū o ani/
ma. vt eis mandatū dederit ꝓ inuicē orare
¶ Et cōtingit q̄ vnus exaudiat̄ orans ꝓ alte
ro/ qui nō exaudiret̄ orans ꝓ ſeipo. hac ni
fallor rōne: qꝛ is alter ꝓ quo orat/ eſt in cari
tate. cum tamē ipe qui orat ſit peccato mor
tali obnoxiꝰ ⁊ grā priuatꝰ. ¶ ¶ Sed ⁊ opti/
mo iure voles/ vt ex ore infantiū tua depre
catio dirigat̄ in conſpectu dn̄i: etiam ſi qḋ
dicant penitus ignorēt. dicendo pater no/
ſter pro te ⁊ ad tuā inſtantiā. ¶ Facti enī ſūt
per regenerationis lauacrū/ filij adoptio/
nis ⁊ regni. ac ꝑ hoc deo in ſuis orationibꝫ
accepti. ſicut ſi filius regis nōdū annos in
telligentie attingens offerat patri ſuppli/
cationem alicuiꝰ malefactoris. nō vtiqꝫ re/

pellet̄ a patre vacuus. et ſi neſciat quid ipſa
res importet. ¶ Quā ꝓfecto ſupplicationē
ſi ꝑ ſe malefactor porrexiſſet/ mox a facie re
gis eiectus/ grauiorē forſan indignationē
incurriſſet. ¶ Hac ꝯſideratione mota pſona
quedā mihi nota/ ꝑ pueros innocētes pro
ſe orari ⁊ dici pater noſter diſponebat. ¶ Et
licet (vt dicis) vix ſatis quilibet ſibi ſuffici
at. nihil tamen iuſto aut cuilibet alteri de/
perit/ dum pro alijs orat. q̄nimo ex carita/
te hoc faciens/ apud deū abundant̄ in me/
rito proficit ¶ ¶ Conſidera etiā quis aditꝰ
eſt iuſtis apud deū exorandū. per miracu/
la que legimus vicibꝫ innumeris ad eorū
p̄ces facta ¶ ¶ Conſidera inſuꝑ q̄ quātūcū
qꝫ grauis peccator ſi id boni faceret qḋ iu/
ſtus quilibet etiā ſi tm̄ ad horā fecerit. ita
moriens indubie ſaluaret̄. ¶ Quātū ergo va
lebit dep̄catio iuſti aſſidua. qui. xxx. vel. xl.
vel pluribꝫ annis in bona vita perſeuera/
uit ⁊ profecit. ¶ ¶ Alia ¶ ¶ Bene mihi ꝓſus
hec que dicis placent o homo atqꝫ tecū ſen
tio. q̄ frequēter miſericors deus alicui ſub
uenit/ non ad ſuas ſed alterius p̄ces. cū is
hoc ita fieri is qui iuuat̄ ignoret. ¶ Ita inq̄
ſentio ⁊ ſentire debeo indeqꝫ maiorem hu
militatē concipe. ¶ Sed ⁊ ꝓpter hoc iam co
gnoſco plurimū ad ſalutē prodeſſe/ pro in
uicem orare. idqꝫ fieri ab inuicē expoſcere.
p̄ſertim quia ſtabit aliquē ad horā eſſe in
grā/ altero nō exñte. ¶ Qḋ ſi vterqꝫ ſit in grā
tanto cenſebit̄ orō amplius vndiqꝫ valitu
ra. ¶ Hoc enī ꝯſidero in elemoſyna dū ꝑ aliū
fieri mandat̄. que vtiqꝫ fructuoſa erit ſi al/
ter eorū fuerit in grā. ſcꝫ vel mandans vel
exequens. fructuoſior tñ ſi vterqꝫ. ¶ Sed et
oculum cōuerto ad illos queſtuarios ⁊ ꝓ/
curatores hoſpitaliū aut captiuoꝝ quibꝰ
ſatis abundeqꝫ dat̄ eorū intuitu pro quibꝫ
petunt. cū tamen nihil eis pro ſe petentibꝫ
daretur. imo forſitan turpiter abigerentur
¶ Et nihilominus hi queſtuarij partē diſtri
butionis accipiūt. ¶ Ita ſane concipio mul
tum vtile ac tutū eſſe pro alio ⁊ pro inuicē
orare. ¶ Sicut etiā in corꝑe mēbra ſe inui/
cem iuuāt ⁊ mutuo tribuūt alimētū dum
ſanguis ⁊ ſpūs ab vno defert̄ ad alterum.
¶ Ita ⁊ in corꝑe myſtico ⁊ ſpūali qḋ ē eccle/
ſia. vita grē deriuatur a capite xp̄o/ per glo
rioſam eius matrē que eſt velut collum. et
per ceteros ſanctos dei ⁊ quoſlibet alios q̄
quo mō ad corpꝰ hoc myſticū ꝑtinentes.
¶ Unde etiā rurſus cōcipio/ q̄ ſi ꝑ ꝓficit orō

facta ꝑ exĕūtibꝰ in purgatorio. q̃s cōſtat eē
in grã. Si pterea nihil pter diuinū māda
tū moueret ad orandū ꝑ altero. adhuc ex
hoc ſic orare ꝓdeſſet. ¶ Ualet etiā ſꝑ orõ
noīe eccleſie facta. puta cū dicit officiū ca-
nonicū aut miſſa celebrat. ¶ Credo tamē
ꝙ opꝰ penale factū ꝑ altero ꝑ modum ſatiſ
factionis/ nō eque valet facienti ad ſatiſfa-
ciendū ꝓ ſeipo/ ſicut ſi ex intētione hoc tm̄
pro ſeipo faceret. Pōt tn̄ ⁊ ſic plꝰ vel eque
valere q̃tū ad meritū ⁊ glīe incrementum.
ꝛ ¶ Hō ¶ Sūt hec tua dicta o aīa ⁊ dictis
meis ⁊ rōni ꝯſona. Uerū aliquid vnū ad-
huc mirabiliꝰ ꝯſiderabis. Frequēter enim
vtilior ⁊ efficacior ad impetrandū elemo-
ſynā grē/ reddit orõ in ꝯmuni cetu pecca-
torū facta/ q̃ ſeorſum in priuato. ſicut ⁊ ele
moſynā corpalē ſecurius ⁊ ꝓmptius perci
piunt paupes minus abiecti minuſq̧ de
biles/ dum debilioribꝰ deſpectioribꝰ ⁊ mi-
ſerabilioribꝰ ſociati. coīter cū eis petūt. Ita
(vt inquit apl's) vbi abūdauit peccatū/ ibi
ſupabundauit ⁊ grã. ¶ Non ergo fugiēdi
ſunt peccatores in ſuis orõnibꝰ. niſi forſā
ſint ꝑ eccleſiā excōicati. Nec ſolum corpali
ter hoc mō cū peccatoribꝰ eſt cōicandū/ im
mo ⁊ ſpūaliter ſꝫm mentē ſurſum cū eis in
orōne intentio ad deū habēda eſt. ¶ Aia
Uolo igit amodo o hō ⁊ ꝓ alijs/ ⁊ cū alijs
orare. faciendo queſtū magni illiꝰ ac gene-
ralis hoſpitalis totiꝰ mundi. in quo decū-
bunt innumerabiles egroti varijs languo
ribus laborātes. Nemo quidē hanc mor-
talem vitā ducens ab hoc hoſpitali exem-
ptus eſt. ſicut nec ab infirmitate penitꝰ im
munis. licet ſꝫm plꝰ ⁊ minus. Uñ ſꝑ mihi
adeſt opportunitas queſtū meū ꝓſequēdi
et petēdi ſpūalē elemoſynā. tū ꝓ me. tum ꝓ
alijs aliquibꝰ. tū ꝓ oībꝰ in hoc hoſpitali de
gētibꝰ. Preſertim q2 id ceteri ꝓ me faciunt
et mutuū ſuffragiū/ cōis expoſcit caritas.
Si mihi facultates ſupperūt ad vite huiꝰ
onera ſuſtētanda abſq̧ graui ⁊ aſſiduo la
bore. ſurgit hoc haud dubie/ ſub deo h̄ pri
cipaliter agēte/ ꝑ labores ⁊ opas alioꝝ. tā
principū q̄ tuent ⁊ ꝓtegūt. q̃ minoꝝ q̄ la-
borāt ⁊ ꝓcurāt. Hō ⁊ de bonis ſpūalibꝰ ſē
tire debeo. ¶ Incūbit etiā mihi frequēter
in illū diriſſimū purgatorij carcerē ingre-
di in quo plurime detinent paupes anime
grauiſſimis ardoribꝰ ac penis intolerabi-
libus afflicte. que nec ſibiipis opem ferre
pñt. que tn̄ ſua purgatōe ꝯpleta/ carcerem

hunc egreſſe/ atq̧ in glīam aſſumpte/ ꝓ me
vtiliter orare valebunt. ¶ Ceteꝝ dic mihi
hō/ quē modū loquēdi obſeruabo/ hāc (vt
ꝓpoſui) faciēdo meā q̃ſtuoſā ꝓceſſionem.
¶ Hō ¶ Ad h̄ tibi o aīa rñdeo. ꝙ bñ atq̧
intenſe deſiderare/ eſt vehemēter ac efficaci
ter loqui. ¶ Fitq̧ hoc aliqñ abſq̧ exterio-
ri q̄libet ſono. ¶ Aliqñ aūt erūpit exterius
in gemitibꝰ ⁊ ſuſpirijs in planctu in lacri-
mis. in manuū torſione. in ſublimatione
oculoꝝ. in tunſione pectoris. in clamoribꝰ
doloroſis. abſq̧ tn̄ diſcretione ſmonis. eo
pacto quo beſtie ⁊ infantes ſuos dolores
inſinuāt. ¶ Aliqñ vero vocalis exprimit
orõ ꝑ aliquē aliū facta. ſicut magnus ille
magiſter ⁊ miniſter magni huiꝰ hoſpitalis
de quo ſmo habitꝰ eſt. nos orare docuit et
dicere pr̄ nr̄ ⁊c̄. Unde hec erit precipua ⁊
ſpecialior nr̄a orõ. vtpote. oīm a deo legi-
time petendoꝝ ꝯphenſiua. eiq̧ q̄ illam in
ſtituit acceptior ac per hoc exaudibilior.
¶ Aliquotiēs aūt intermittēdus eſt lucꝰ
⁊ dolor. ⁊ animi ſobria tn̄ ⁊ humilis leticia
ſuſcipiēda. in q̄ aīa ſue paupratis aliqñtu-
lum oblita/ ſuſpendit in diuinas laudes. ⁊
meditabit magnalia dei ⁊ ſanctoꝝ ſuoꝝ.
Huiꝰ vides exemplū in magnis ſolēnitati
bus domoꝝ curialiū. que dū celebrant/ aſ-
ſunt ⁊ paupes exteriꝰ. nō vtiq̧ ꝯtinue pro
elemoſyna q̄ruloſe ꝓclamantes. imo in ia-
nuis morā facientes/ ſtudioſe q̄ illic fiunt
oculis atq̧ auribꝰ explorāt. de q̄bꝰ inuicē
cōferūt ⁊ nihilominꝰ poſt h̄ elemoſynā pci
piunt. Inſuꝑ videas et alios aliq̄s in ſua
paupꝛtate cū muſicis inſtrumētis ludētes.
aut canētes. nūc cū muſa. nūc cum vigella
nunc cum cymbalo ⁊c̄. quibꝰ ꝯgratulātur
diuites ⁊ dñi/ ꝑ hoc eoꝝ ꝯmēdabilē patiē
tiam conijciētes dū eos in ſua ſimplicita-
te ⁊ humilitate vident eq̄nimes ⁊ iocūdos
nec eoꝝ inuidentes imo cōgaudentes for
tunis. ſicut ⁊ in natiuitate filij regis oēs
debent exultare omneſq̧ cōfluere. Sed ⁊
aliqñ adueniunt paupes grãs ꝓ ſuſceptis
elemoſynis reddituri. quibꝰ nihilominus
equa vel abūdantior elemoſyna tribuit vt
ceteris petentibꝰ. Quibuſdā etiā aliquan-
do ſufficit vt ſeipos tm̄ mō pñtes exhibe-
ant ⁊ ſuas detegant plagas. Sed et tim-
panum aliquādo vel ſonorum quodlibet
alind inſtrumentū ꝓferunt. vt hinc vel de-
fectum clamoris ſuppleant. vl' maiorē pro
uocent compaſſionem. Sunt et alij qui

maioꝛem ſimulāt paupꝛtatē/ſeipſos vel ver
berādo vel lacerādo. ſicut ⁊ quidaꝫ deuoti
ſibi inferūt vl' īferri faciūt diſciplīas ⁊ coꝛ-
rectiones quibꝫ emolliaꝛ duricia coꝛdis eo
rum. ⁊ ꝓuocenꝛ ad deuotionē ⁊ pietatem.
¶ Ex his ſatis apte potes intelligere q̄ꝫ va
rij ſunt modi ſe apud deū ⁊ ſanctos q̄ſtuan
di/nūc in doloꝛe ⁊ timoꝛe diuine iuſticie:
nūc in leticia ⁊ cōſolatione ſpei ſue. nūc in-
ſup ⁊ in grāꝝ actione laude veneratōe at-
q̄ꝫ dilectione ſue bonitatis ⁊ largitatis. Et
hoc fit non modo voce humana īmo etiaꝫ
alijs ſonis quibꝫ vtiꝛ eccleſia. puta campa
narū aut oꝛganoꝝ. nihil quippe eſt qd̄ nō
legitime poſſis ad tuā vtilitatē cōuertere. ⁊
per hoc te reddere idoneū ad ſuſceptōnem
ſpūalis elemoſyne diuine gratie. ¶ Sed
circa hoc diligenter caue tibi/ ne deſpes ex
pondere triſticie. ne ve in ſublimitate leti-
cie ſupbias. ¶ Uerū vt ſub vno colligam
omnia. is oꝛat aſſidue/ qui bonū quodli-
bet opus/bene facit. ſcꝫ ad gloꝛiaꝫ dei ſiue
comedat ſiue bibat ſiue etiā doꝛmiat. qūi vi
delicet ideo quis ſe ſomno tradit vt hic po
ſtea diuino reddaꝛ aptioꝛ obſeq̄o. ¶ Aīa.
A ¶ Scirē libenter o hō. cur frequenter ſub
foꝛma oꝛonis/ dicunꝛ plures ſpalmi. qui
nihil vt plurimū ad rem ꝑtinēt ꝑ qua oꝛā-
dū eſt. Sepeq̄ꝫ accidit vt is qui hos pſal-
mos canit aut dicit/ignarus eſt ⁊ indoctꝰ/
ſermonē latinū ignoꝛans. ac ꝑ hoc nulluꝫ
pſalmoꝝ habens intellectū. ¶ Hō ¶ Ita
eſt aīa. nō enī ſemꝑ vniformis eſt impetrā
di modus. vt circa ſeculi principes aliq̄lr
eſt ſupiꝰ declaratū. qd̄ ⁊ hugo de ſancto vi-
ctoꝛe latiꝰ declarat. Et ꝑ ꝯpendio tria ſunt
que p̄cipue ꝯferūt ad inclinandū maioꝛis
alicuꝰ animū ⁊ fauoꝛē illius ꝓcurandū ad
ſuū ſubditū. ¶ Unū eſt dū ſubditꝰ ipē illū
vehementer laudat ⁊ virtutes eius extollit
magnitudinē opulentiā. bonitatē manſue
tudinē. largitatēq̄ꝫ p̄dicat. Et ꝑ hunc mo-
dum oꝛatio dirigiꝛ ad deū non expꝛeſſe ali
quid ab eo petēdo. ſed tm̄modo pio ⁊ hu-
mili coꝛde laudes eius depꝛomēdo. puta
dicendo q̄ꝫ piꝰ q̄ꝫ magnificꝰ q̄ꝫ manſuetꝰ q̄ꝫ
benignꝰ es dn̄e ⁊ ſic de alijs eius infinitis
laudibꝫ ¶ Alterū eſt. dū illi/aduerſarioꝛuꝫ
ſiue hominū ſiue demonū/ ꝯmemoꝛaꝛ ty-
rānica crudelitas. per quem modū plures
oꝛationes tradūtur in pſalterio ¶ Tertiū
eſt dum is qui impetrare deſiderat/ ſuam
ꝓteſtaꝛ miſeriā paupertatē ⁊ anguſtiam
ꝯmemoꝛās ſe cū ſit debilis ⁊ imbecillis oī
ope omni ꝯſolatione deſtitutū. ⁊ hec eadē
aliq̄n in alijs eſſe ꝯmemoꝛat. ꝓpter qd̄ nul-
lum ſibi ab homine ſed a deo ſolo expectat
auxiliū. Et fit aliq̄n hmōi oꝛatio abſq̄ꝫ ex-
pꝛeſſa aliqua petitione/nude ⁊ ſimpliciter
tales ⁊ ſiles defectus ⁊ neceſſitates aꝑien-
do. Et hoc vel qꝛ ſe indignū impetratione
iudicat. vel qꝛ ꝓpter eius magnitudineꝫ rē
deſideratā nō audet exprimere. ¶ Qui di-
ligenter ſcrutaꝛ ſcripturas/ nihil in eis in-
ueniet qd̄ nō ad alterū hoꝝ triū modoꝛuꝫ
oꝛandi reduci poſſit. ¶ Sup quo adiun-
go q̄ nec in oꝛando ſemꝑ vno mō diſponi B
tur oꝛantis affectio ſeu deſideriuꝫ. q̄nimo
multifarie variaꝛ ⁊ nihilominus manet re
cta ⁊ fructuoſa quēadmoduꝫ ipa oꝛatio. q̄
ad veritatē nihil aliud eſt q̄ꝫ humilis ⁊ de-
uota affectio in deū finaliter relata ¶ Ali-
quādo igiꝛ ſiſtit affectio in quadā ꝓfunda
reuerētia ⁊ ſubiectione ad deū. diuinam ex
vna pte ꝯſiderās altitudinē ⁊ ex alia miſe-
riam fragilitatis humane ſicut ſi aliq̄ hu-
milis ꝑſona/magnū aliquē imꝑatoꝛē ha-
beret obuiū/mox ſe diligēter retraheret ⁊ ꝓ
funde inclinaret. totaq̄ꝫ tremebūda ſe quo
ad poſſet in ſuū cōtraheret locū. ¶ Plerū-
q̄ꝫ aūt affectio reſidet in timoꝛe. dū tremen
da dei iudicia ꝓfunde ꝯſiderat. que aduer
ſus impios h̄ ⁊ apud inferos/exercet. ſicut
cū pꝛinceps aliquis aduerſus ſuos ſeruito
res grauiter indignari ꝑcipiꝛ. ceteri oēs cō
tremiſcūt etiā ſi nullius offenſe ſibi conſcij
ſint ¶ Eſt ⁊ alius affectionis modus. qui
per ꝯſiderationē ꝓpꝛioꝝ defectuū q̄bꝫ nr̄is
viribꝫ occurri non pōt. ſummā ſibi ſuadet
humilitatē ¶ Surgit ⁊ aliq̄n in affectiōe
motus vehemētis anguſtie atq̄ꝫ anxietatꝫ
nimie. dum ſe quis ꝑpendēs vndiq̄ꝫ diſcri
minibus inuolutum ⁊ circūductum rema
net in ſeipſo ſtupidus. neſciens quo diuer-
tat ⁊ qualiter effugiat. ¶ Erūpit etiam ali
q̄n in affectu coꝛdis motus quidā languo
ris qui ſermone exprimi neq̄t ſed ſuſpirijs
gemitibꝫ ꝯtinuiſq̄ꝫ planctibꝫ aut etiā ſubi
tis ⁊ grauibꝫ clamoꝛibꝫ innoteſcit. ſicut de
pueris ⁊ beſtijs in tedio cōſtitutis ſuperiꝰ
exemplificatū eſt ¶ Ingeritur quandoq̄ꝫ
affectui motus ruboꝛis ⁊ verecūdie. dum
in mentē venit turpitudo ⁊ feditas ſui pec
cati. inſuper ⁊ ſua ingratitudo apud celeſtē
patrem ⁊ dominum. a quo tot ⁊ tanta be-
neficia percepta ſunt. ¶ Concipit etiam

aliquādo affectus/odiū quoddā ſuiipſius
dū quis ſuos miſerabiles defectus ⁊ caſus
ꝯſiderans ſibiipſi diſplicet. ſeqꝫ abominat̄
et deteſtat̄. adeo ꝙ ad inſtar fetidi cadaue-
ris ſibiipſi fiat intolerabilis. ¶ Format et
aliqñ in ſeipo affectus/zelū quedā et indi-
gnationē laudabilē aduerſus peccata ſua
aut alioꝝ. ⁊ ob id ſeipm̄ ꝑ penitentiā pſeq̄-
tur ⁊ punit. ¶ Eſt ⁊ affectio qñqꝫ zeloty-
pa circa ſe ⁊ alios. ex q̄ fit. vt ſtudioſe pecca
torum diſcrimina ⁊ opportunitates deui-
tare conet̄ ⁊ quelibet ſalutis ſue aut aliene
detrimenta repellere. ſicut vir zelans vxorē
cautā adhibet cuſtodiā ne turpe aut ſuſpe
ctum admittat ꝯſortium. ¶ Cōmouet̄ ali
quando animus affectu quodā pietatis et
cōpaſſionis ſeu miſcdie ad ſe vel ad alios.
qui ſurgit plerūqꝫ ex ꝯmemoratione hūa-
ne fragilitatis parte ex vna. ⁊ periculorum
quibꝫ omnes incūbimꝰ parte ex altera. vbi
nihilominꝰ pauca vel nulla et nobis para
ta ſunt remedia. ¶ Suſpendit̄ aliquando
affectus in admiratione grandez. dum vi-
delicet altitudinē diuitiarū ſapiētie ⁊ ſcien
tie dei vel incōprehēſibiliū iudicioꝝ eius
ad mentē reuocat. in tantūqꝫ aliquotiens
hec meditatio mentem ad ſe aduocat ⁊ ſur
ſum rapit/vt ſenſum ⁊ memoriā derelinq̄t
et fiat velut deſipiens ⁊ inſana. ¶ Conci
pitur aliqñ in affectu motꝰ ſancte ꝯfidētie
et bone ſpei in deū ⁊ ſanctos. dū ea p̄cipue
beneficia ſue largitatis recogitant̄/quibuſ
nos adiuuāt ⁊ tuent̄. ¶ Accedit aliquādo
eiuſdē ex ſuoꝝ maleficioꝝ ꝯmemoratione
penitētie ⁊ cōtritionis affectio. ¶ Supue
nit etiā qñqꝫ in affectu motus cuiuſdā bo-
ne deſperationis dum cōſiderans ꝙ vana
ſpes eſt homis. in ſolū deū ſe ꝓiicit. eiqꝫ ſo-
li finaliter ⁊ principaliter inheret. ¶ Orit̄
qñqꝫ in affectu motꝰ horroris ⁊ abomiatō
nis/ſurgens ex ꝯſideratione vilitatis ⁊ tur
pitudinis peccati quā turpitudinē facit h̄
affectio ꝑ os euomere ꝑ ſincerā ꝯfeſſionez:
¶ Subintrat qñqꝫ affectū motus ſancti
deſiderij vel ſancte cupiditatis/ veniēs ex
cōſideratione diuine pulcritudinis ⁊ excel
lentie glorie celeſtis. ad q̄m videndā ⁊ ha-
bendā/totis aſpirat conatibꝫ. ¶ Ingredit̄
aliqñ mentē affectio quedā licite ſpūalis ⁊
ſobrie cuiuſdam ꝯplacentie q̄m ſibi legiti
me ſuadet dum ſibi cōplacere ꝑpendit in
deo dño ⁊ in gloria eius. inſup ⁊ in quibuſ
libet ſuis operibꝫ. Que quidez ſpūalis io-

cunditas aliquotiēs in tantū robur excre-
ſcit vt verbis exprimi mime queat. ſed ſub
ſignis quibuſdā ad extra prorūpit vtputa
ſub iocūdis ſuſpirijs ⁊ gaudioſis ſingulti-
bus. Vocatur aūt hec plerūqꝫ affectio mē
tis interna iubilatio ſeu exultatio. ¶ Exur
git aliquando affectio laudis. benedictio-
nis ⁊ glorificationis/ ꝯmemorādo digni-
tatem dei ineſtimabilē. ⁊ aduocando crea-
turas omnes vt laudent eum ⁊ exultent in
noīe ſancto eius. ¶ Adeſt etiam aliqñ affe
ctus recreationis in diuinis beneficijs. q̄
modis innumeris in dies ꝑcipimꝰ. ¶ Ex
citatur aliqñ affectus in feruorem diuini
amoris ꝑ ꝯſiderationē immēſe ſue bonita
tis. Et eſt altiſſima ꝑfectiſſima ⁊ digniſſi-
ma in ceteris affectionibꝫ. ad quaz nihilo-
minus tute ⁊ ꝑfecte hi ſoli pertingunt qui
prius in ceteris exercitati ſunt quaſi per il
las purgati ⁊ cōuenienter prepati. qm̄ ſm
declarationez beati Bern̄. per illas oſcula-
mur pedes ⁊ manus. per hanc aūt ad oſcu
lum oris accedimus. Hec ſiquidez ſancta
affectio mentē deo ſumme approximat et
domeſticam facit ⁊ velut ſponſam ei copu
lat. ¶ Ex pluribꝫ iam dictis facile perpen-
des. cur ſimplices et illr̄ati laudabiliter et
fructuoſe ſuadent̄ frequenter dicere oratio
nes quas minime intelligunt. Hoc enī fit
vel vt hoc agentes deum venerent̄ aut lau
dent. aut ei gratias pro beneficijs repēdāt
ſub ſanctis ⁊ ſecretis verbis per os ꝓpheta
rum ⁊ ſanctoꝝ reuelatis. vel etiā vt eccleſie
obediant aut ſuo ꝯfeſſori. Accedūt etiaz et
alie cauſe. quas perpēdis adeſſe duz hmōi
orōnes deuote dicūtur. ¶ Aia // Declara
ſti mihi iā o hō q̄s plurimos mendicitatis
modos. inſup ⁊ orandi ⁊ varios affectꝰ for
mandi/doctrinā tradidiſti ꝓutilē. nunc re
ſtat vt ex te audiaz ſi quotidiana mihi erit
aliqua vna orō/queſtꝰ vt vnus q̄tidianus
apud oēs ſanctos ſimul obſeruādꝰ. q̄s etiā
elemoſynas ero ī hoc q̄ſtu petitura: // Hō
¶ Poteris aīa in hoc modū quelibet obſ̄
uare, put tibi videt̄ magis opportunū ma-
giſqꝫ fructuoſum. ꝓ ꝯuenientia tempoꝝ ⁊
locoꝝ ⁊ neceſſitatū quibꝫ eris obnoxia. vel
altera quelibet ꝑſona pro qua orare voles
¶ Debes igitur/toto ſtudio/tota diligen-
tia diſcere que ſint ſeptem dona gratie pre
cipue in tuis orationibus petenda. puta
vertutes theologice. fides ſpes caritas. et
virtutes quatuor cardinales. temperātia

prudentia fortitudo ⁊ iuſticia. que ſint in
ſup ſeptẽ ſpũſſancti dona. ſeptẽ beatitudi
nes. ſeptẽ petitiones in orõne dñica expſſe
ſeptẽ mie opa ſpũalia ⁊ corpalia. decez pre
cepta legis. ¶ In his tua verſabit̃ meditatõ
et ſm tuã opportunitatem aduerſus mor⸗
bos varios peccatorꝝ ⁊ piculorꝝ ⁊ tẽtatio⸗
num/ quibꝫ te ſubiacere cognoſces/ tuã for
mabis oratiõnẽ. Diriges etiam frequẽter
oculũ tue ↄſiderationis ad illa ſeptem ca⸗
pitalia vicia ad illos inſup multiplices de
fectus quos in adminiſtratione corpaliũ
ſenſuũ quotidie incurrimus. ⁊ ſic de aliĵs ĩ
finitis miſeriĵs. ¶ Ad hec plenius cogno⸗
ſcenda ⁊ diſcernẽda confert plurimũ ſum⸗
ma viciorũ ⁊ virtutũ/ q̃m quidã ſummam
regis appellant. ¶ Poteris pterea tuum
queſtũ diuidere in ſeptem ptes. ⁊ ſingulis
partibꝫ/ ſingulos deputare dies. Puta vt
ſingulis ſeptẽ dierũ. petitionem facias de
ſingulis ſeptẽ donorꝝ. ⁊ ita de aliĵs omni⸗
bus in orõne petendis poteris ordinare
et tibi quaſi legem regularẽ ad hoc ſtatue⸗
re. Et nihilominꝰ aliĵs vrgentibꝫ cauſis ex
traordinarie poteris ad alia petenda fre⸗
quenter conuerti. ¶ Sic etiam celeſtẽ ci
uitatem velut in ſeptẽ partes ſeu vicos di⸗
uidere. ⁊ per ſingulos illos vicos/ ſingulis
ſeptẽ dierũ diſcurrere ⁊ te queſtuare. Sta⸗
tueſq; in vico vno/ beatos angelos. ĩ alio
ꝓphetas ⁊ patriarchas/ xpi adhuc venturi
pcones. ⁊ ſic de aliĵs. prout tibi tua deuo⸗
tio ſuadebit. ¶ Poteris etiam iuxta dierũ
ſolẽniũ exigentiã/ recurſum ad xp̃m facere
eiuſq; myſteria ↄtemplari. ac etiã ſancto
rum quorꝝ celebrant̃ ſolẽnia. tuncq; deuo⸗
tius ſolito eorꝝ implorare ſubſidia. eoſq;
apud alios facere mediatores. ¶ Iam ita
q; (o anima) abſq; intermiſſione prolixe ſa
tis locuti ſumus: cõuenit vt finẽ ſermoni
tribuamus. cetera diebꝫ poſteris reſeruan⸗
tes. Nam etiã tempus adeſt/ vt ad queſtũ
te cõferas. quẽ vtiq; practicãdo ſp in hoc
officio doctior fies. nõ modo in his de q̃⸗
bus exempla ſunt poſita paupertatũ modis
verꝝ etiam aliĵs innumeris erudita. Ita ſa
ne eſt ↄmune prouerbiũ/ ꝙ fabricando fa⸗
bri fimus. ¶ Anima. ¶ Ita fiat vt ſuades
o homo. Statuã itaq; in meipſa certũ or⸗
dinem ad elemoſynã petendũ. meaſq; pe⸗
titiones pro neceſſitatum occurrentiũ op⸗
portunitate conabor inſtruere. Nec tñ ti⸗
bi moleſtũ erit ſi nõ vniformẽ regulam in
meis obſeruabo depcationibꝫ. q̃m abſq;
ordine ⁊ menſura mihi mee inſurgũt pau
pertates ⁊ indigentie/ pro quarũ exigentia
mee ſunt penitus orões inſtruende. Qui⸗
bus etiã/ modus eſt nihilominꝰ adhiben⸗
dus. ſm qualitatẽ quibꝫ aut p quibꝫ meꝰ
eſt ſermo dirigẽdus. Ceterũ vbi me defice
re videbis atq; torpeſcere/ velis obnixe p̃⸗
cor me dirigere. mihiq; adeſſe cõſilio atq;
auxilio. ¶ Homo ¶ Libenter id efficiã o
anima. Deus aũt tuus ſit auxiliator. detq;
tibi bene ac prudenter orare. ita videlicet
vt ei grata ſis. et bene deſiderata quelibet
impetres Amen.

¶ Explicit prima pars.

# Sequitur ſecunda

in qua ↄtinent̃ diuerſe orões ⁊ meditatõ
nes anime deuote. ſm diuerſas materias.
que parũ aut nihil deſeruiunt/ niſi iam de
uotioni totaliter mãcipatis ⁊ qui in ſeipis
experiunt̃ affectiones virtutũ. inſup ⁊ dei vi
ſitationẽ cũ ↄtemptu mũdi. ¶ Incipiunt
orões ⁊ meditationes deuote/ circa orõ⸗
nem dñicã. Et primo ſup prima petitõne
eius. ſanctificet̃ nomen tuũ.

Voluiſti dñe deꝰ omnipotẽs. vt
te orantes patrem appellemus
Hoc itaq; ſuppoſito/ te depcor
ſanctificet̃ h nomẽ ⁊ cõfirmet̃ in
me. hoc eſt vt pſeuerãter tua ſim filia. Ali⸗
as eni qũo mihi pr̃ eris. ſi tua eẽ filia deſie⸗
ro? Mutuo ſe pfecto ponunt hec nõia. O
quãtũ detrimẽtũ eſt talẽ amittere prẽm. q̃
etiã ignominia illũ offendere vel ei nõ ſui
re? ¶ Qñ queſo hũc videre potero prẽz in
ſuo palatio q̃ iam verſor in h exilio miſerã
do. Qñ illa mihi reſeruata ſua hereditate/
potiar. Qñ ſtatuar in illa ſua aula regia im
periali palatio q̃ iam duriſſime ſum carce⸗
rata ⁊ variĵs circũdata bellicis impugna⸗
tionibꝫ cum tñ ſim regis imo talis regis fi
lia? ¶ Quo auſu temerario genꝰ meũ. me
am nobilitatẽ obliuiſcar? Qua deniq; in⸗
ſania/ me velut ſcortũ corruptoribꝫ expo⸗
nam. corruptoribꝫ inq̃m totius caſtitatis
proditoribꝫ. aduerſariĵs meis ⁊ pr̃is mei?
Quã pterea fiduciã debeo cõcipere confu
giendi ad talẽ patrẽ. tam opulentẽ tã ſapiẽ
tem tã benignũ? Confidẽter illũ interpel⸗
labo/ q̃ prior me dilexit. nullis meiſq; me⸗
ritis me ſuã filiã appellare dignatꝰ ẽ. Nõ
ſi illũ velut inobediens ⁊ pũerſa aliq̃tiens

offenderim. ſcio tñ ꝙ ꝑ peccato filie/ patri
pena ſufficiet exigua. ¶ Si ab eo panem
petiuero ad viuendũ. nũquid indignãter
atq₃ iracũde mihi porriget lapidẽ. aut pro
ouo ſcorpionẽ₃ aut ꝑ piſce ſerpentẽ: Non
hec pfecto faciet. quippe cuiꝰ hoc verbũ eſt
et exemplũ. q₂ parẽtes carnales non hoc fi
lijs ſuis faciũt. q̃nimo ⁊ tam bonis q̃₃ ma/
lis bona tribuere ſoliti ſunt. Noſter igitur
pater/ ſpũm ſuũ dabit petentibꝫ. ¶ Cũ igi
tur te patrẽ nr̃m appellari mãdaueris. fiat
vt iuſſiſti. Te igit̃ ꝑ hoc nomẽ cõteſtor. vt
illud in me ſanctificet̃/ ita ne mentiar te pa
trem appellans. Nonne vtiq₃ mendacij ar
guerer. ſi nõ tua exñs filia/ te patrẽ appel/
larem: Hoc igit̃ te nũc peto ⁊ exoro ſpẽali/
ter. vt tibi talis exiſtam qualẽ me tibi eẽ vo
les. Qđ ſi mihi negaueris cu₃ hoc veniret
tuo detrimẽto. quid aliud mihi donabis:
Quis queſo pater/ ſue naturali filie talia
petenti denegabit: ¶ Verũ etiã pater mi
cũ tua ſim filia. meã oro cuſtodi caſtitatem
meũq₃ honorẽ. Sic me include. tales ad/
hibe cuſtodes ne tui aduerſarij/ me valeãt
corrumpe. ꝙ q₃ illos non audiã vel ad mi/
nus nõ exaudiã. Recedite recedite amodo
infideles ⁊ petulantes inimici infernales
qui me vultis infamare. qui a me dedecus
atq₃ cõuiciu₃ expoſcitis. Ignoratis vos q̃
et qualis ego ſim ⁊ cui vos loq̃mini: Ego
enim ſum filia ſummi regis veſtri iudicis
qui vos ꝯdẽnabit. Qua igit̃ pſumptione
queritis illi ſuã ſurripere filiã: Nũquid vo
bis aures pbeo auditrices: O turpiſſimi
viliſſimi horribiliſſimi hoſtes. nũquid vo
bis aſſentia₃ qui eſtis fallaces ⁊ mendoſi:
Nũquid veſtro ſuaſu/ meu₃ patrẽ dereliñ/
quã/ mea fraudabor hereditate. ⁊ vobiſcũ
meipam eternaliter ꝯdẽnabo: Hoc profe/
cto nullo pacto faciã. Qđ ſi alias me nõ in
feſtatã non dimiſeritis. mihiq₃ vim facere
volueritis. ſcitis quid factura ſim. Adibo
certe patrẽ meũ ⁊ ei rem inſinuabo. q̃ mihi
vtiq₃ feret opem vt eruar a manibꝫ veſtris
ac deinceps grauiter vos puniet.

## Meditatio et oratõ

ſuper ſecũda petitione orationis domini/
ce Adueniat regnũ tuum.

Excellenter in hoc ſuam ad me dile
ctionem declarauit meus pater ce/
leſtis. cum talem ac tantã dignita/
tem atq₃ excellentiã/ mihi voluit indulgere
vt regnũ quoddã eximiũ intra me colloca/
uerit meo regimini deputatũ. In quo ratõ
velut dñ̃a ac mgr̃a debet pſidere. cetere au/
tem oẽs vires ⁊ potẽtie illi parere ⁊ obſeq̃.
Sed pfecto nimis expior verũ eſſe qđ an/
tique dictũ eſt. Vix ſine guerra erit qui ter
ram habet. Reuera regnũ hoc de quo ſmo
cõtinue ⁊ inceſſanter pſecutionem ⁊ impu
gnationẽ patit̃. Nõ eſt viciũ aut peccatum
qđ non ipm hoſtiliter inuadat vimq₃ oẽm
faciat ad ingreſſum ꝑ ſenſuũ quinq₃ aditꝰ
vt illic dominet̃ ⁊ imper. Inſurgit ſupbia
cum clamore valido. ⁊ iactanter illic preſu
mit dñari. Inuidia ira ⁊ odiũ conueniũt.
cum iuramẽto affirmantes ſe illic manſio/
nem ac reſidentiam facturas. Accedit illa
torpens accedia. nullo pacto ad diſceſſum
ſuaſibilis. Gula fediſſima exercitu₃ parat.
ſuamq₃ illic vult inſtruere coquinã. Luxu
ria furit. ⁊ affirmat ꝙ regnũ hoc pſus cõ/
ſumet. Auaricia cupida inſidioſe ſe inge/
rit. nec ſe hinc arbitrat̃ depellendam. Atq₃
ita innumeri alij ſurgunt tirãni. qui nullo
ordine ſed horribili cõfuſione ſatagunt in
hoc regno dñari. At ego/ illos repello. illoſ
abijcio. clamãſq₃ ⁊ ſuſpirãs proteſtor hoc
regnũ mihi datũ a patre meo. cũ ſummu₃
nefas eſſet tale traditamentũ facere quo id
regnũ ſuis pateret hoſtibꝫ. ¶ Sed heu q̇d
me aut meã eſtimãt potentiã. que ſola ſine
viribꝫ ſum deficiens ⁊ miſera: Quid queſo
niſi a te patre meo adiuta aduerſus hoſtes
hos efficere valebo: Aderis igit̃ pater mi
in regno tuo. ⁊ quo maneat inuictũ illi fe/
res pſidiũ. Tuu₃ profecto eſt. ipm tibi tue
q₃ cuſtodie reſtituo. Ita ſane ⁊ nõ alias in
me adueniet regnũ tuũ. ſempq₃ remanebit
aliter illud cogar amittere a deuaſtante an
gelo. eritq₃ in illo ſempiternus horror ⁊ eti/
na confuſio.

## Meditatio et oratõ

ſuper tertia petitione orationis dominice
Fiat volũtas tua ſicut in celo.

Domine deus omnipotẽs pr̃ opti
me qui es in celis fiat volũtas tua
ſicut in celo ⁊ in terra. Volũtas in
q̃₃ tua. qua ſm viam mãdatoꝝ tuoꝝ vadã
ego debilis pauꝑ ⁊ miſera ad te potentiſſi/
mum. inſipientiſſima ad te ſapientiſſimũ.
egrotiſſima ad te ſummũ medicũ ac ſalua/
torem. Et quomodo fiet iſtud domic. niſi
tua voluntas me ꝯduxerit ⁊ traxerit ad te

Cũ ergo ita velis. etiã velim nolim/ tua vo
luntas fiat. Vidi ſepius dñe. ꝙ pr̃ ducit ꝛ
trahit filiũ debilẽ atqꝫ ĩpotentẽ vel etiã ſto
lidũ ad implẽdũ volũtatẽ pr̃nam. Ita q̃ſo
pr̃ me trahere digneris ad te. nõ me dereli/
quas in manu mei cõſilij nec mee tradas
volũtati. imo dũ oberrare a tramite virtu/
tis me videbis. retrahe me dñe deus velut
pauperẽ ſtolidã cecã atqꝫ impotẽtẽ. ꝛ hoc
ſiue ꝑ tuas virgas aduerſitatis ſiue ꝑ dul/
corẽ ꝓſꝑitatis. ſiue ꝑ occulte inſpiratõnis
inſtinctũ a tua bonitate. ſiue ꝑ altã manũ
tue ꝑtãtis. ſiue ꝑ bonoꝝ tuoꝝ angeloꝝ vel
etiã hominũ miſteriũ. ſiue ꝑ quẽcũqꝫ aliũ
modũ tibi placitũ. Hoc tm̃ fac/ ne ꝑeã. ꝙ
qꝫ tua de me ꝛ in me/ nõ mea voluntas fiat
et impleat. Quid poſſet dñe cõuenientius
atqꝫ humilius paup ceca aut ſtolida pete/
re a ſuo doctore ꝛ gubernatore. q̃ꝫ vt eam
nõ ꝑmittat ambulare ſm̃ ſuã temerariam
intentionẽ in deſiderijs anime ſue.

## Oratio eiuſdẽ con/

cernẽs iterũ hanc tertiã petitionẽ ex alia ſi
militudie/ ſumpta ſuꝑ hoc verbo In cha/
mo et freno.

Ait dñe deus/ tuus ꝓpheta: ꝙ ho/
mo ꝯpat⁹ eſt iumẽtis inſipientib⁹
in quib⁹ nõ eſt intellectus. Nõ ſi ita eſt. di
rigas me dñe velut beſtiolã indomitã. que
nõ põt aut nõ vult ꝑ ſeipam domari. immit/
tens frenũ in os meũ. aut alias me ligabis
prout mihi opus erit dulcib⁹ illis ac ſoli/
dis vinculis tuarũ virtutũ ꝛ ꝑcipue funi/
culo triplici qui difficile rumpit. videlicet
fidei ſpei ꝛ caritatis. ¶ Auidũ eſt dñe os
meũ. impone ſibi tempantie ꝛ ſobrietatis
frenũ. Indomita eſt lingua mea/ diſcola ꝛ
vagabunda ꝑ multiloquiũ ꝛ vanũ. ꝯſtrin
ge illam freno ſilentij. atqꝫ ita fac circa ſin/
gula membra mea. ¶ Et q̃ꝫuis frequen/
ter tuo ductui renitar/ aliter aut alio volẽs
ire q̃ꝫ tu impellas. ad modũ equi laſciui q̃
ſibi dimiſſus frequenter impingeret. ne q̃/
ſo ꝓpterea dñe ita contra me iraſcaris/ vt p̃
indignatione me derelinquas ꝛ ſinas ſm̃
impetum ꝓprie inclinationis aut volunta
tis incedere. Ita enĩ moꝝ impingerẽ ꝛ me
morti traderẽ doloroſe. more illorũ quos
te dic̃ dimiſiſſe ire ſm̃ deſideria cordis eo
rum. et atqꝫ profecto illa diriſſima libertas
longeqꝫ eligibilior atqꝫ ſuauior eſt tua ſer
uitus. tuaqꝫ ſubiectio.

## Oratio ſuper hoc

verbo Sicut deſiderat ceru⁹ ad fontem.

O Fons vite dñe deus omnipotens
ego ſum illa paup laſſata. depulſa
et vexata/ que ad inſtar cerui deſi/
derat venire ꝛ reuerti ad te. vt ſit mihi re/
creatio cõtra nimiũ calorẽ atqꝫ ardentẽ ſi/
tim quã mihi illi infernales intulerũt ini/
mici/ me per deſertũ hui⁹ mundi continue
inſequentes/ cum turba numeroſa canum
ferociſſimoꝝ mordẽtiũ ꝛ lacerantiũ. Qua
ꝓpter vagabũda nõ inueniẽs requiẽ ꝑ hoc
deſertũ diſcurro. Sunt aũt hi canes/ cure
ille diuerſe ac ſolicitudines mũdane. q̃ va
rijs modis me mordẽt ꝛ lacerãt. quib⁹ plu
rimũ turbor ꝛ euagor in deſerto predicto/
nuſq̃ꝫ requiẽ inueniẽs nec ampli⁹ reſpira/
re valeo niſi venero ad te qui es fons vite
et refugij locus. in quo mihi erit refugium
et ſecuritas.

## Meditatio et oratõ

diuiſa ꝑ partes ſuꝑ quarta petitione or̃is
dñice. Panẽ nr̃m q̃tidianũ da nob̃ hodie.

Paupi panẽ propter deũ. Ego ſũ
paup illa famelica/ locata inter du
as menſas. quarũ vna ẽ cibis hui⁹
mundi onuſta. quib⁹ quidẽ veſci poſſem.
ſed illos deteſtor ꝛ recuſo. altera bonis exu
berat ſpiritualib⁹ quib⁹ cum affluere deſi/
derem. minime pro voto illa conſequi va/
leo. Heu morieꝛ mi pater hec miſera fame
lica in tuo cõſpectu ac tuoꝝ omniũ ſancto
rum in hac menſa bonis gratie ꝛ glorie re
ferta diſcũbentiũ. vbi edũt ꝛ bibũt vſqꝫ ad
ſatietatẽ. imo vſqꝫ ad ſobriã ebrietatẽ. Nõ
quidẽ ſum digna ſedere in hac menſa. nec
hoc requirere p̃ſumo. ſed humiliter peto vt
de micis ꝛ reliquijs hui⁹ menſe magnifice
parũ aliquid ꝑcipere. quo aliquãtulũ refo
cillata/ valeã famẽ ſitimqꝫ meã ꝛ ſi non ad
plenũ ſedare. Lego in euangelio de diuite
epulone qui grauiter de duricia atqꝫ auari
cia arguit. ꝙ imiſericorditer pauperẽ laza
rum a ſe repulit/ illi ſue menſe micas nec
volens tribuere. At ego ſum illa paup in/
firma mendica vlceribus ac vulnerib⁹ ple
na/ diuerſorũ vicioꝝ. que vr̃is aſſum in cõ
ſpectib⁹. ¶ O ſancti ꝛ ſancte dei oẽs in ve/
ſtris ianuis clamo ſuſpirans. ꝛ peto de mi/
cis vr̃is ne queſo moleſte feratis. ꝛ more il
lius diuitis reprobi/ ne me imiſericorditer

tractetis. Abſit a vobis hoc improperiuꝫ:
abſit vt in tam piis ac magnificis cordibꝰ
tanta inueniat͛ inhumanitas. p̄ſertim cuꝫ
ſine vllo veſtro detrimẽto ac ſine vlla dimi
nutione id facere poteritis. Mementote
vos aliquotiẽs ab hac mẽſa fuiſſe alienos
et nihilominꝰ tũc ex ea paſci libenter volui
ſtis. Ita igit͛ ⁊ nũc mihi facite que vobis
fieri tũc voluiſtis. Veſtra quidẽ ſoror ſuꝫ
et ſi in humilẽ ſtatũ deiecta. etſi in exilio. ⁊
ſi in carcere etſi in miſeria ⁊ paupꝫtate maxi
ma ꝯſtituta. Ne igit͛ me fame perire ſinatis
in ꝯſpectu veſtroꝝ ⁊ quidẽ piiſſimoꝝ ocu
loꝝ veſtroꝝ. ⁊ in tanta plenitudine ſpūa/
lium alimẽtoꝝ. Sũ ego heu deterioris cõ
ditõnis ⁊ magis repellẽda. q̄ꝫ catellus qui
vel de reliquiis dñi ſui ſinit͛ refici. Fateor
quippe me ꝑ peccatũ factã etiaꝫ cane dete/
riorẽ. maneo tñ ſꝑ naturali cõditione/ vr̃a
ſoror. Ne igit͛ tam graui aio/ meũ peccatũ
feretis. qꝺ vtiq̄ꝫ nunc mihi odio eſt atq̄ꝫ a
meo repello conſortio. quin potiꝰ ad id qꝺ
naturali ꝯditione vobis tã de ꝓpinquo iũ
ctũ eſt ꝯpatiẽdo/ veſtros inclinabitis ani/
mos ¶ Scða pars. Verũ fateor me omĩ
iure ⁊ ob mea maleficia carceri digne man
cipatã. ſed heu quis tã ſeuerꝰ iudex tã q̄ꝫ ſe
uus/ qui captiuũ adhuc indemnatũ/ fame
perire ꝑmittat. ⁊ petenti nõ porrigat panẽ
Qui etiã eſſent illi cõſiliarii aut officiales
adeo impii ⁊ agreſtes qui hoc tolerarent
aut ſuaderent: q̄nimo etiã dãnatis ad car/
cerẽ ꝑpetuũ/ miniſtrant͛ aliquotiẽs pitan/
tie ſpeciales ⁊ p̄cipue in magnis ſolẽnitati
bus. Nunc autem credo ⁊ certitudinaliter
ſcio. ꝙ quãtũlibet ſim incarcerata ⁊ graui/
bus oppreſſa criminibꝫ. mitior tamẽ eſt et
ad miſerandũ pronior veſtra curia q̄ꝫ que/
libet alia iudicis aut p̄lati cuiuſcũq̄ꝫ mor/
talis. ¶ Tertia pars. Ego ſum pauper il/
la filia/ elongata que partẽ paterne heredi/
tatis me ꝯtingentẽ dilapidaui. que in exte
ra regione/ fame morior. ⁊ vrgente fameli/
ca rabie. volo frequenter implere ventrem
porcoꝝ pabulis. hoc eſt prauis huiꝰ mun
di voluptatibꝫ quas ſepe nec conſequi va
leo. Sed ⁊ ne cõſequar opto ⁊ oro. ſciens
ꝙ cibus ille minime ſatietatẽ afferret. imo
amplius faceret eſurire/ tandẽq̄ꝫ perimeret
Quid igitur faciã Certe ſcio Animaduer
to in domo patris mei q̄ꝫ plurimos eſſe ſer
uitores qui pane veſcũt͛ abundãter. Sur/
gam igitur de ſtercore ⁊ fouea in qua iaceo
et ibo ad patrẽ meum ⁊ dicam ei. Peccaui
in celum ⁊ in te. non ſum digna tua dici fi/
lia. fac me ſicut vnã ex ancillis tuis aut pe/
diſſequis. Auditu autẽ didici imo aliquo
tiens viſu/ ꝙ ipſe eſt mitiſſimus ⁊ miſericor
diſſimus. atq̄ꝫ ita nec me venientem repel/
let. imo in priſtinã reſtituet dignitatẽ. ⁊ tã/
q̄ꝫ filiã ſuam denuo ſuſcipiet educandam.
Heu quotiens ⁊ q̄ꝫdiu conor ad patrẽ me
um pro pane obtinendo reuerti. nec tamẽ
valeo. quoniã tali ac tã miſerabili fame ſuꝫ
afflicta. vt viribꝫ penitus deſtituta neque/
am exurgere ⁊ moueri de hac infelici extra/
nea regione. in quã incõſulte me intruſi. ni
ſi aduenerit aliquis qui mihi manũ porri
gat ⁊ ferat auxiliũ ⁊ conſolationẽ ad me ſu
ſtinendũ ⁊ dirigendum in via ne deficiam
Vos igitur dep̄cor ſancti dei omnes/ ade/
ſtote mihi ⁊ ferte opem. vt hinc egrediar. ſi
ne deuio ſine offendiculo ad domũ patris
mei ꝑfectura ⁊ refectura ¶ Quarta pars.
O me miſerabilẽ infelicem. vilem. fedam.
deo ⁊ mundo odioſam. qua temeritate aut
p̄ſumptione patrẽ illum mitiſſimũ ⁊ miſe/
ricordiſſimũ audebo conſpicere/ quẽ adeo
contempſi ⁊ dehonoraui. Qualiter aderit
mihi lingua ad aliquid ab eo poſtulandũ.
Preſertim cũ iam illos temerarios conatꝰ
meos expleuerim. meq̄ꝫ p̄ſtituerim ⁊ feda/
uerim cũ inimicis p̄fati mei patris. Unde
nõ iniuria/ ſibi facta ſum penitus odioſa:
Nunc igitur cũ melius nõ poſſum. reuer/
tar ad illuꝫ quẽ tam grauiter offendi. Dic
mihi miſera ⁊ inuerecũda. qua fronte h̄ au
debis attẽptare. quo pacto p̄ſumes poſtu/
lare panẽ ad manducandũ cui potius de/
bentur verbera q̄ꝫ paſtus: ¶ Verũ etſi ita
ſit. nec p̄terq̄ꝫ penã ⁊ tormenta meruerim:
tantã nihilominꝰ illius ad quẽ reuerti pro
pono/ miaꝫ eſſe cognoſco. vt me ad id faci/
endũ vocare digneť ⁊ cõmonere. quãtũcũ/
q̄ꝫ etiã eũ offenderim atq̄ꝫ deſpexerim. Ur
gent inſuꝑ ad hoc ⁊ impellunt famelica ra
bies. ⁊ extrema neceſſitas. Audiuit eni deꝰ
dep̄cationẽ etiã legionis demonũ quando
petiuerũt mitti in porcos. multo minus ⁊
ego diffidam exaudiri:

## ¶ Hic loquitur ani/

mã quaſi exaudita ⁊ conſecuta/ ſpiritalem
conſolationem

Gratias ago tibi pater dulciſſime ꝓ
pter pitantiã nunc a te ſuſceptam.

O ꝙ ſapida eſt. ꝙ ſuauis ⁊ bona. ꝙ nutri
tiua. Nuꝑ famelica rabies/ oia mẽbra mea
torquebatꝛ. Aures interibãt in auditu va/
nitatũ ſeculi. ardebat lingua ꝑuerſis ſmo/
nibus. oculi vanis aſpectibꝰ defluebant.
Os turpi vileſcebat guſtu. tactus ꝑ prauo
luptate fedabatꝛ. O ꝙ ſubito euanuerunt
a me hec oia ꝑnicioſa deſideria/ ad ꝑñtiaꝫ
dulcedinis cibi illius quẽ miſiſti deſuper.
Da mihi dñe ſemꝑ hũc cibũ quo refectus
abijciã ⁊ faſtidiã venenoſum ac mortiferũ
huiꝰ mũdi cibũ. O dñe deus ꝙ ſubito mi/
hi facile factũ eſt his carere. imo ꝯtẽnere q̃
prius deſiderabã. quoniã bonitas huiꝰ ſpi
ritualis cibi/ facit omnia mũdana arbitra
ri velut ſtercora. ⁊ abominationi penitꝰ ha
beri. Concede dñe vt hec diſpoſitio diuti
us in me ꝑmaneat. Ita ſane iocunda eſſeꝫ
et beata. Sed heu ego miſera cito nimis
hunc guſtũ ⁊ ſaporẽ amitto. quoniã nõ de
bitam adhibeo diligentiã ⁊ ꝑ hac mortali
vita. me fateor indignam ad perpetuaꝫ at
qꝫ hereditariam illius poſſeſſionem. Un/
de me penitus tue mĩe ſubmitto.

I

## Meditatio et oratõ

ſuꝑ quinta petitione orationis dñice. Di/
mitte nobis debita noſtra ſicut ⁊ nos ⁊c̃.

Obligata ſum plurimũ. Surgitqꝫ
obligatio hec ex fatuis cõmercijs
et cõtractibꝰ cũ demone in foro hu
ius ſeculi initis. cũ pro momẽtanea vani/
tate breuiſſimaqꝫ ac feda voluptate. ad et/
nam dãnationẽ me aſtrinxi nec habeo heu
vnde ꝓſoluã. cũ ſim pauꝑ ⁊ omni ſubſtan/
tia fraudata ꝑ infortunatũ ictum peccati.
Quo igitur ibo. quo diuertam? Ad meũ
certe reuertar patrem eũqꝫ depcabor vt me
ab hoc graui debito abſoluat. Et ne repul
ſam patiar/ ei ſuas deferam lr̃as. a ſuis ſe/
cretarijs ⁊ euangeliſtis conſignatas. His
obteſtabor ipſum me debere penitꝰ abſol/
uere. Siquidẽ he lr̃e cõtinent vt ſi dimiſe
rimus alijs ⁊ nobis ipſe dimittet. Et ego
ex nũc omnibꝰ dimitto ſicut ipe dimitti iu
bet. Oportet igitur vt ⁊ ipe mihi dimittat
¶ Etſi forſan ipe vel alter q̃libet mihi ob/
fecerit. ꝙ nõ integraliter dimitto. aut ſince
re aut eo corde quo debeo. Rñdeo mihi ſal
tem adeſſe deſideriũ dimittẽdi ſub modo
et forma quibꝰ ipe hoc fieri vult ⁊ iubet. et
hoc vtiqꝫ ſatis eſt. Ita enĩ et mihi ſufficit
vt deus mihi cõdonet. hoc eſt vt ſit ei deſi/
deriũ mihi ex integro ꝯdonẽdi queadmo/
dũ ⁊ mihi eſt. qm̃ ſi hmõi ſuũ fuerit deſide
riũ/ infallibiliter ita fiet. ¶ Ex nũc igitꝛ mi/
hi bñ erit/ dũ q̃ſq̃s apud me debitũ qđcun
qꝫ ꝯtrahet iniuriã mihi aliquaꝫ irrogans
aut cõuiciũ dicẽs. Preſertim dũ hoc ꝑter
meã culpã accidet. ⁊ mox illi ꝯdonabo. per
hoc enĩ mihi tutꝰ parabitꝛ aditꝰ apud deum
pro ꝯdonatõe oĩm meoꝝ debitoꝝ. Nõ q̃/
dem ꝙ alios in me peccare libeat/ ꝙqꝫ deũ
nõ vxorẽ et eis debita ꝯdonet. mihi enĩ ꝓ/
pria peccata ſatis oneri ſunt. preter hoc ꝙ
alijs ad peccandũ ſim occaſio aut pro eis
me ꝯdemnẽ. Sed cum aliter occurre non
poſſim. mihi conuenit alterius peccato ad
meã vtilitatẽ bene vti.

## Oratio et medita/ K

tio ſuꝑ ſexta petitione orõnis dñice. Et ne
nos inducas in tentationem.

Quis heu ꝯſolabitꝛ hãc deſolatam
hãc mille laq̃is circũductã ac in va
rias tentatões ꝑcipitatã. in via hac in qua
ꝑicula ſibi imminẽt inumera/ tã ab inimi
cis q̃ nũc in apro ſe exhibent vim inferen/
tes. nunc in inſidijs/ ſuis fraudulentijs me
morti tradere moliuntꝛ? ꝙ etiaꝫ a via ipa q̃
lubrica eſt ⁊ tendẽs in decliue. inſuꝑ ⁊ ob/
ſcura plenaqꝫ antris ⁊ ſerpẽtibꝰ? Quis igi
tur hinc me liberabit ⁊ cõducet ne in aliqꝫ
iſtaꝝ tẽtationũ incidã. Nemo ꝑfecto niſi
tu meus pater ac tuus bonꝰ ſpũs q̃ me de/
ducet i terrã rectã. qui vndiqꝫ laq̃os inimi
ci diſſolueris et illuminabitis meas tene/
bras. meoſqꝫ pedes ſtabilieris.

## Meditatio et oratõ L

ſuper ſeptima petitione orationis domini
ce. Sed libera nos a malo.

Exprimi nõ poteſt malũ quo ſuꝫ ir
retita. ac etiã neceſſitas que me an
git quotidie. Multis modis ſub/
dita ſum legi peccati qđ ſine lege ẽ. agitqꝫ
frequẽter vt malũ qđ nolo id faciã. Quot
mihi inſurgũt motꝰ mali horis ſingulꝛ/ q̃s
minime vitare poſſum. nunc temerarie de
alio iudicium ferẽdo. nũc dolẽdo de bono
ipſiꝰ. nũc de malo exultãdo. nunc meipam
plꝰ debito extollẽdo ⁊ mihi ꝯplacẽdo. nũc
iraſcendo aut dedignando. nunc vana lo/
quendo. nũc leuiter aſſerendo. nunc inde/
uote orãdo. nunc comedẽdo ⁊ bibẽdo. nũc
in aſpectu. nunc in auditu. nunc in tactu.

Te igitur exoro dulciſſime pater celeſtis:
vt me a tali malo liberes. vt tandem a ma-
gno illo malo qđ omne malum ſuperat in
horrore ꝛ anguſtia morte .ſ. perpetua imu-
nis euadam ac libera.

## Oratio ad bonum

angelū ſuū ꝛ ad reliquos oēs ꝑ medīū eiꝰ.
plures continens partes.

Glorioſe angele dei qui vnus es ex
inclitis pricipibꝫ ciuitatis celeſtis
cuius cuſtodie diuina bonitate ac
pie ordinatione cōmiſſa ſum/ ꝑ eundē diri-
genda ac ꝓtegenda. inſuꝑ ꝛ iuuāda ad in-
greſſum dicte ciuitatis bn̄ viuendo ac deo
parendo ꝛ ſeruiēdo. hoc die ꝛ hac hora me
grandis vrget neceſſitas ad te recurrere. h̄
profecto bene ꝑpendis ꝛ agnoſcis. Aſſum
ego tua pauꝑ ceca/ in ꝓfundis ↄcluſa tene-
bris huiꝰ inferioris carceris. in quo nihil ē
luminis ſpūalis ad ↄgnoſcēdū bona glo-
rie celeſtis. ꝛ id parū claritatis qđ illic eſſe
poteſt/ in me eſt obuolutū ꝛ circūductū fu-
mis ac tenebroſis nebulis. de turpi ſceno
ac lutoſis paludibꝫ fetidoꝝ mee carnalita-
tis deſiderioꝝ ac terrenarū cogitationum
eleuatis. Quāobrē incedere neſcio ꝑ vias
rectas in vicos celeſtis ciuitatis/ vbi mihi
mēdicare incūbit ꝛ elemoſinas meas pete-
re. niſi ab alio ducta vel alit̃ illumiata. Te
igit̃ ꝑcor dux fidelis appꝛ̄hende manū huiꝰ
tue excecate. deduc eā ꝑ vicū magnū ꝑadi-
ſi diſcurrēdo hoſtiatim. vbi valeam clama-
re. aduocare. gemere. flere. auxiliū implora-
re. ꝛ pauperi elemoſinā petere ꝓpter deum.
Vere pauꝑ eſt qui penitꝰ viſu caret. qui ſ͞ꝗ
panē ſibi lucrifacere nō pōt. Trahe me q̄-
ſo ſpēalr̄ apud tuos ↄſodales / ceteros an-
gelos tuos amicos ꝛ domeſticos. vtiq̄ ꝑ-
diuites ꝛ grē bonis refertos. Exhibe illis
hāc mēdicā miſerabilē/ ad elemoſinā ꝑci-
piendā. Cū gaudio eni recipiēda eſt. eſt eī
hec peccatrix q̄ vult conuerti vt dicit ſalua-
tor xp̄s. Ne ꝑdas igit̃ hoc gaudiū qđ vtiq̄
ꝑderes ſi ab hac mea ↄuerſione recederē ꝑ
defectū victus quē nō niſi meo queſtu ↄſe-
qui poſſuz. Ne igit̃ me derelinq̄s ne h̄ mi-
hi recuſes fidelis cuſtos. q̄uis te pluries ꝑ-
uipēderim/ male iurādo aut agēdo in con-
ſpectu oculoꝝ tuoꝝ qđ nec facere debuiſſē
in ↄſpectu ſcurre alicuiꝰ aut viliſſimi alte-
riꝰ hoīs. Condona mihi q̄ſo rurſus meā in-
ſipiētiā meoſq̄ exceſſus. Sū fateor ſtoli-
da deſes ac ꝓſumptuoſa. Noſti hoc: ꝛ ideo
tue cuſtodie relicta ſum. ſicut egrota medi-
co. ſicut ceca duci. ſicut ſtolida et frenetica
ſuo gubernatori. Ideoq̄ neceſſe eſt vt me
ſupportes in meis defectibꝫ. alias enī inde-
ſinēter nec ſcirē nec poſſem abſq̄ errore de-
uio mēdicare ꝛ vitā meā queſtuare. Quo-
cūq̄ ꝑgo aut ducor/ illic multū obſcure cō-
ſpicio inclitā illā ciuitatē celeſtē. de q̄ tam
glorioſa dicta ſunt. Illic velut in vmbra-
culo proſpicio nouē angeloꝝ ordines/ pa-
triarchas/ ꝓphetas/ aplos/ martyres. cōfeſ-
ſores ꝛ virgines. ꝛ ſuper omnes ihm xp̄m
glorioſamq̄ eius matrē atq̄ ita ſum abun-
danter munita ad ꝑcipiendū elemoſynas
copioſas. Te igit̃ depcor amantiſſime cō-
ductor qui me illuc ꝑduxiſti. vt ꝓ cōditio-
ne mearū neceſſitatū ab vnoquoq̄ petam
ſm̄ dona ꝛ gratias quibꝫ abūdantiꝰ afflu-
unt. Da mihi aditū. ↄforta me ꝛ doce me
petere. Erubeſco plurimū ac vereor ↄpare-
re ſed ꝓ certo neceſſitas frangit legē. Ex p̄-
cepto etiā mihi hoc facere incūbit. vt pul-
ſem. vt petā. nec recedā quātūcūq̄ repulſa
donec aliquid accipiā. Ita igit̃ faciā.

## Loquitur anima

quaſi in ꝑadiſuz ducta. Orō ad ſeraphin.

Vos ſeraphin qui placido igne di-
uini amoris incēſi eſtis mittite mi-
hi ꝑuā aliquā ſcintillā huiꝰ ignis.
Mittite inq̄ i cor meū penitꝰ gelidū. vt pa-
rū ad diuinū amorē incaleſcat. Per hoc eī
vobis nihil deperiet. Aut certe me vobis
tam ꝓximā faciatis. vt hinc excaleſcā. Co-
pioſa eſt apud me materia ad hūc ignē cō-
ſtruendū. Affluūt eī diuina beneficia. In-
ſuꝑ ꝛ mea peccata. que ſimul iuncta/ in me
ipa nutrire deberēt maximū aliqđ incendi-
um. Verū. frigiditas negligentie/ adeo ꝑ-
ualuit in me: vt vix aliquid incendi poſſit.
Ne igit̃ mihi tam alieni ſitis quin parum
aliquid veſtri ignis ad me incēdēdā meq̄
inde purgandā ↄpſteris. ſicū olim Iſaie fa-
ctū eſſe ↄſtat. ¶ Ad cherubin. Vos igitur
cherubin in quibꝫ eſt plenitudo ſcientie et
ſapientie. erudite hāc ſtolidā indoctā. que
frequēter iudicat malū bonū. ꝛ bonū malū
que ſemꝑ inter laqueos ꝛ trāſitꝰ ꝑiculoſos
inimicoꝝ verſat̃. Date mihi clare noticiā
qua valeā hmōi ꝑicula declinare ꝛ abſq̄
offendiculo incedere/ ꝑ vias rectas. inſuꝑ
et deuz abſq̄ errore ꝛ me abſq̄ inordinato

fauore cognoſcere. vt clare ⁊ ſincere diſcer-
nam magna illa p̄mia mihi repromiſſa ꝑ-
te ex vna. horrendaq̄ȝ illius ignis gehenne
tormenta mihi cōminata parte ex altera.
Que vtiq̄ȝ ſi diligenter ⁊ viuaciter an̄ ocu-
los ponerē/ ſimul cū breuitate manſionis
mee in hoc mortali corꝑe: nūq̄ȝ peccatum
admitterem. ¶ Ad thronos. Vos throni
in quibꝯ propter profundā humilitatē ac
p̄cipuā reuerentiā que in vobis eſt ad ipm̄
requieſcit ac reſidet deus. inſuꝑ ⁊ ſua iudi-
cia exercet ſicut iudex in ſuo throno. impe-
trate mihi illā humilitatē/ illāq̄ȝ ad deū re-
uerentiā. per quā ſe dignet̄ in me collocare
et requieſcere. Ad hoc enī creata ſum ⁊ hoc
ſic vtiq̄ȝ obtinebo/ ſi vobis in hoc fuero cō-
formis ſicut ⁊ ip̄e repromiſit. ¶ Ad dn̄ati-
ones. Vos dn̄ationes impetrare mihi pre
cor plenū dominiū ſuꝑ corpus meū. ita vt
in nullo me ſue ſubiectioni reddat obnoxi-
am. ¶ Ad principatus. Vos principatꝰ
reddite me ſubiectam ſublimioribꝰ prīati-
bus. abſq̄ȝ murmure abſq̄ȝ rebellione abſ-
q̄ȝ detractione. ¶ Ad poteſtates. Vos po-
teſtates eripite me ab aduerſarijs meis om-
nibus. quibꝰ vtiq̄ȝ talis eſt poteſtas. cui nō
eſt aliqua ꝯparabilis ſuꝑ terrā. ¶ Ad virtu-
tes. Vos virtutes facite intra me miracu-
la. me ꝑ peccatū mortuā reſuſcitātes ⁊ infir-
mam ſanātes. Cum excecata fuero/ viſum
reſtituite. cum obſurdata/ reddite auditū
et ſic de alijs ⁊ ſiquid mortiferum aut vene-
noſum bibero. ſ. per malum cogitatū aut
prauā delectationē/ facite vt mihi non no-
ceat ꝑ ꝯſenſum. Sunt hec ꝑfecto preclara
miracula longeq̄ȝ viſibilibus preclariora.
¶ Ad archangelos. Vos archangeli. nū-
ciate mihi quātū opus ē/ ſublime fidei my-
ſteriū. ⁊ quo a me vel ab alijs ꝑ me inſtruē-
dis in maiori veneratōne habeatur. obſcu-
ras ſacre ſcripture ſn̄ias elucidate. Et ſpēa-
liter tu ſancte gabriel/ per ſanctā inſpiratio-
nem mihi denuncies rumores placitos. ſi-
cut feciſti beate marie matri dn̄i ⁊ zacharie
Et tu inſuꝑ ſancte michael qui es cuſtos
et princeps eccleſie. qui viciſti draconem/
hoſtem ſcȝ infernalē. qui p̄ſentas aīas ante
conſpectum dei/ ⁊ impetras eccleſie pacem
tene ſemꝑ illū inimicū in tuis vinculis ne
nocere poſſit. ⁊ me in deceſſu ab hoc ſecu-
lo ante conſpectū dn̄i p̄ntata in eterna glo-
ria. ¶ Ad angelos. Vos angeli nunciate
mihi/ quelibet dietim cognitu et factu op-
portuna pro me aut quibuſlibet alijs. pre-
dicando exhortando vel aliud quodlibet
exercendo. ponite in ore meo verba ſancta
et ſalutaria que ſint ad edificationem meā
et aliorū. nec aliqua fallacia aut verſucia
quecūq̄ȝ valeat preualere. In triſticia que
non eſt ſ̄m deum afferte conſolationē. in
deſolatione me confortate de errore me re-
uocate. Emollite cor durum/ deuotionis
aridum lacrimis rigate. mentis illumina-
te tenebras. In laudibꝯ dei mihi ſitis co-
mites. in exceſſu me reprimite. in bn̄ factis
roborate. aduerſus om̄es aduerſarios me-
os adiuuate. humiliate me in proſperis. ex-
tollite in aduerſis. in mea pauꝑtate ꝓ me
q̄ſtuate. in infirmitate ſanate. in hora mor-
tis me viſitate. auiſate. excuſate. liberate.
ſaluate. Sunt hec veſtra officia ſ̄m verita-
tem hiſtorie ac ſcripture ſacre. Speciali-
ter tu raphael ſancte. deduc me per viā bo-
nam. ſicut duxiſti tobiam iuniorem. et per
te talis mihi accedat profectus. qualis per
tuum ſapientiſſimū conſiliū/ acceſſit patri
eius ⁊ vxori ſue ſare.

## ¶ Oratio ad omnes ſanctos Continet plures partes.

Non poterit queſo inuenire ſubſi-
dium refugiū aut miām hec pauꝑ-
cula miſerabilis aīa apud tot prin-
cipes opulentiſſimos ac potentiſſimos in
felici patria. in vrbe beata. in loco totius
amenitatis ⁊ ſuꝑabūdantie. in tēplo pieta-
tis ⁊ caritatis regnantes? Quādiu queſo
clamabo ⁊ eiulabo ad eoꝝ oſtia petēs pau-
peri panem propter deum. ⁊ nemo aduer-
tet? Quādiu viciſſim diſcurrā ⁊ procūbā
ad pedes eoꝝ. ⁊ nemo ſuccurret? O pauꝑ-
cula deſolata vbi pro dei reuerentia profi-
cies. ſi hic repulſam paſſa es ſi hic miā nō
es ꝯſecuta? Si hic elemoſinā grē ⁊ indul-
gentie non impetres. q̄s alibi te ſuſcipiet?
O felices o glorioſi ſancti ⁊ ſancte dei oēs
totiēs audiui magnū illū amorē ac fauorē
ꝯmēdari/ quem geritis ad pauꝑes ⁊ miſe-
ros atq̄ȝ indigētes peccatores. inſuꝑ ⁊ illā
veſtroꝝ donoꝝ largitatē ⁊ ſuꝑabūdantiā
elemoſinarū. Heu ero ego omnibꝰ alijs in-
felicior. deſpectior. indignior. magisq̄ȝ re-
iecta? Deficiet hec propter me vr̄a ꝯmen-
datio? Ceſſabit fons ille vr̄e clemētie ma-
nare. ne ſola ego bibā? Claudent̄ mihi ve-
ſtre ſupplici/ manꝰ veſtre. que ceteris oībꝰ

aperte ſunt? Veſter ꝑfecto theſaurus ꝓpt
me minime decreſceret. Non aderit quiſq̃ ex
vobis qui ſuſcipiat hanc paupculam alie
nam ſub ſuo ſaluo ↄductu que dietim peri
clitari minatur? Non erit qui ex ↄpaſſione
vel hoſpitē colligat. aut velut vnā ex mini
mis ancillis ſue familie dignetur aſcribere
Satis profecto mihi eſſet ſi ex his vel vnꝰ
me benigne ſuſciperet. ⁊ inter ſuos vltimam
ſtatueret. Nō ſi in ceteris inuenta ſim vi-
liſſima indigniſſima infeliciſſima. grauiꝰ
q̃ ceteris exceſſerim. eo magis veſtrā meis
precibus inclinabitis miām. ſciētes ꝙ his
nō opus eſt miā qui carent miſeria. Scio
quippe ab altero veſtrū eē dictum. ꝙ vbi
abundauit delictū/ ſupabundauit ⁊ gratia
Si me a pedibꝫ veſtris indignāter abiJci-
tis aīaduertite que me velitis eſſe facturā.
inſtruite me quo proficiſcar miam repertu
ra. Scio veraciter nō alibi hoc futurum.
Quo igitur diuertā? Incidam in deſpera
tionem? Abſit hoc. Mandatū enī accepi
ſcḋm doctrinas veſtras. etiam vſq̃ ad nouiſ
ſimū mortis ſuſpiriū/ ſpem haberi debere
Certiſſime enī tenete ⁊ credite me a vobis
nō diſceſſurā/ etiā totiens quotiens repul-
ſam. donec a vobis aliquid elemoſyne pro
mea paupꝫtate ſuſtentanda pcepero. Nō ſi
languere aut male ꝑire cogar. hoc corā ve-
ſtris oculꝭ faciā. vrīs aduoluta pedibꝫ cla-
mans ac veſtrū implorans auxiliū. Poſ-
ſet ne hoc veſtra benignitas admittere. ve-
ſtra clementia ⁊ humanitas? eſtimo vtiq̃
ꝙ nō. ¶ Cōmemorate vos glorioſi ſancti
nō ad veſtrā verecūdiā loquor ſed ad meā
ingentē neceſſitatem. ↄmemorate inq̄m ꝙ
meas ptes aliqñ geſſiſtis. Suū q̇ppe nūc
in eo carcere in eo exilio in ea pauptatis re
gione. vbi dū fuiſtis voluiſtis vtiq̃ liben-
ter aliūde iuuari. aliūde ↄfortari. Id ergo
et vos nūc mihi facite qḋ tunc vobis fieri
deſiderabitis. Illā diſtribuite mihi grām
que ex grā vobis pridē donata eſt. Nō ſi
alter vrm mihi iproperet ⁊ dicat me longe
plus fedatā ⁊ ꝓfundatā in ſceno peccati q̃
fuerint illi glorioſi ſancti. fateor ꝑfecto ita
eſſe. Sed vñ hoc eis? Nō niſi ex grā idul-
tū eſt. Ex eadē q̇ppe maſſa peccati mecū ex
titere. ꝓni ad malū ab adoleſcētia ſua. niſi
ſupabūdāti miā dei fuiſſent ꝓſeruati aut li
berati. Et exinde magis obligant̄ ad grāꝫ
impēdendā vt illā eo liberaliꝰ diſtribuant
quo largius ⁊ copioſius acceperūt.

Vos quidē eſtis in ſumma proſꝑita-
te in honore atq̃ felicitate. Non inui
dens loquor imo veraciter hic plurimum
gaudeo. Sed quid factura ē illa veſtra ſo-
ror miſera. degens hic deorſum in tāta mi
ſeria ⁊ tanta neceſſitate? Mire durum eſſet
cor veſtrū atq̃ innaturale nimiū/ ſi illam
perire ſineretis aut a canibꝫ infernalibꝫ q̇-
bus vndiq̃ vallata eſt deuorari. preſertim
cū occurrere valeatis. ⁊ ad vos exclamo et
extendo manus. lacrimis vndiq̃ ꝑfuſa ve
ſtrum petens auxiliū. Nō peto vrām glori
am aut veſtras diuitias. Eripite me a mor
te. ⁊ mihi ſatis eſt. Nō ſi veſtraꝫ ſororē hec
vos depcantem repuleritis. q̄m queſo au-
dietis aut cui alteri benefacietis?

Si meā miſeriā ⁊ pauptatē nō digna-
bimini reſpicere. ſaltē obedietis deo
ſummo veſtro regi atq̃ imparori. Is fecit
et inſtituit vos in ſuos elemoſinarios. qui
bus incūbit indigentibꝫ neceſſaria impti-
ri. Specialiter te virgo glorioſa inſtituit
theſaurariā gratie. matrē miſcḋie nutriceꝫ
orphanoꝝ. deſolatoꝝ ↄſolatricē. aduoca-
tam ⁊ cōſultricē. Ad te igit̄ confugio. te re-
quiro ꝑ iſtoꝝ officiorū virtutes/ ne mihi
deficias in hac diſtricta neceſſitate. Impti
re mihi de theſauro gratie. nutri conforta
et conſule. etſi nō ꝓpter me cū ſim indigna
omni munere gratie. tamen ꝓpter te ⁊ ꝓpter
tibi ↄmiſſum officiū legitime ſcḋm inſtitu-
tionem ſummi regis exercendū.

Adhuc dico vobis o glioſi ſancti dei
Oēs. ꝙ apud me ē ſigneū ſūmi regis
ad elemoſynā vrām pcipiendū. Cognoſci
tis haud dubie ſignetū hoc. nō enī ignora
tis q̄m ſine ſpeciali dei inſtinctu/ nec poſ-
ſem nec ſcirem ad vos ptingere ꝓ requiren
dis vrīs elemoſinis. Nōne ergo veniēs cū
ſigneto/ a vobis audiri debeo ⁊ veſtraꝫ ali-
moniā pcipe? Infallaciter enī me deus ad
vos mittit. quos nouit huiuſmodi elemo-
ſinis abūdare. Ne igitur me coegeritis ad
ipm reuerti ⁊ de veſtra repulſa querelaꝫ ex-
ponere. Loquor vt ꝓſumēs/ fateor. ſed ne-
ceſſitas mea pte ex vna ⁊ diuina benigni-
tas ex alia me tranſmittūt ad vos. ⁊ hūc au
ſum ſic loquēdi ꝓbent. quoniā vt verū ca-
nit puerbiū. Nō dn̄s ↄcedit/ nō iure fami
lia denegabit. Liberalis dn̄s liberales ha
bebit ſeruitores. ¶ Sed forſan mihi dicꝫ
aliquis. Cū deus (vt aſſeris) tibi velit ele-
moſynam impendi/ ab illo petes. per ſe

ſpſum enī ſi volet tibi q̄ꝺ petis largietur.
¶ At ego rn̄deo. Que gr̄a queſo ſanctis eſ⸗
ſet habēda. ſi nullo ſuo medio mihi deus
per ſeipm̄ ſubueniret? Qua inſuꝑ ratione
gratiarꝫ elemoſynas ad ſuperffluentē men⸗
ſuram accepiſſent ſancti/ ſi nō inde ceteris
indigentibꝫ eſſent diſtributuri? Itaqꝫ hec
dei voluntas eſt/ vt ſuos veneremur ſan⸗
ctos. illos deꝑcantes ⁊ requirētes/ illiqꝫ no
bis ſuccurrāt ſuas nobis donātes ⁊ impti
entes gratias. Taleꝫ quidē decet dn̄m/ ta⸗
les habere elemoſynarios. que videlicet q̄⸗
relas verecūdorꝫ pauperū audiāt/ qui ſine
medio principem adire nō audent.

Rurſus quero. ꝓpter quid me repelli⸗
tis? Si ꝓpter peccata mea que aduer
ſum me clamant atqꝫ obijciunt. heu queſo
dabitis vos potius audientiā fideqꝫ et fa⸗
uorem his cruentiſſimis aduerſarijs/ non
modo meis verū etiā ⁊ veſtris quos miro
modo exoſos habetis q̄ꝫ veſtre ſorori pau⸗
percule. que vtiqꝫ creatura eſt ⁊ factura dei
veſtri ſūmi principis? Exclamant fateor ⁊
ſtrepitū magnū veſtris auribꝫ ingerunt ad
uerſarij iſti ſcꝫ peccata mea. meqꝫ ſibi obli⸗
gatā aſſerūt/ cū illa cōmiſerim ſintqꝫ opera
mea. ¶ Silete. ſilete: infideles aduerſarij
vos reprobo ⁊ abnego ꝑ vos enī qꝛ nimiū
decepta ſum peniteo. Decepta ſum/ nō de
medietate iuſti p̄cij. ſed in toto. Iterū igit̄
atqꝫ iterū doleo. vos fugio ⁊ maledico. iu⸗
ſtumqꝫ bellum aduerſus vos indico. In q̄
vtiqꝫ bello mihi debēt eſſe auxilio omnes
qui partē dei fouent. eiqꝫ fideliter ſubiecti
ſunt ⁊ ad fidelitatē tenent̄.

Quid queſo glīoſi milites dī aliud fa
cere valeo dicite mihi. Si temerarie
aliqd opata ſum. ſi in aliquo exceſſi. heu n̄
in vno tātū imo ī mille milleſies. nō aliud
mihi eſt remediū/ q̄ꝫ ſine fictōe penitere at
qꝫ in poſterū p̄cauere ⁊ ꝓ poſſe id ꝓſequi
q̄ꝺ nouero vr̄o ſil' ⁊ meo impatori diſplice
re. Hoc aūt faciēdo/ mihi vtiqꝫ eē debetis
ꝯſortio. cū id fiat in honorē illiꝰ quē tā ſin
gulariter diligitis atqꝫ honoratis ⁊ id vti⸗
qꝫ ꝯuenienter facere poteritis. ¶ Sed me
obijcitis ꝙ minꝰ debito hos ꝑſequor ad⸗
uerſarios/ imo ſepiꝰ ꝓditrix exiſto cuꝫ illis
rurſus paciſcēdo ⁊ tractādo. illoſqꝫ huma
niter recipiēdo amando atqꝫ honorando.
Ad hoc profecto quid dicam ignoro. Ceſ
ſant omnes allegationes mee. ignominia
rubor ⁊ cōfuſio irruūt ſuꝑ faciē meam. In
hoc me fateor ꝯuictā eſſe ⁊ dignā om̄i op⸗
probrio. Hic itaqꝫ nil aliud reſpōdeo. niſi
ꝙ miſericordiā peto. Miſericordiā inq̄m
et indulgentiā. gratiā ⁊ veniā. hoc ſatis ſit.
vobiſqꝫ hoc rn̄ſum ſufficiat. Si centies a
pugna fugio ⁊ centies reuertar. veſter iubꝫ
impator ne repellar. Vez hec eſt principa
lis mee petitionis cauſa/ vt veſtro preſidio
ſic munita ſim ⁊ talē in me ſuſcipiā animū
vt amodo nō reuertar ad illius mei aduer
ſarij ſepe dicti ſcꝫ peccati maledictū cōſor⸗
tium. qꝫ ſuis inſidijs ꝓmiſſis ⁊ cautelis/
ampliꝰ me nō detineat. aut vi quacūqꝫ ſu⸗
peret. Non vtiqꝫ a debili egrota et ꝓſtrata
vltra vires exigetis. Facile fateor ē de me
triūphū ſumere. prona ſum ad deceptōem
Hec eſt mea miſeria. ⁊ q̄ꝺ plus eſt nō ea di
ligentia qua deberē/ veſtrū peto ⁊ expecto
ſubſidiū. imo in hoc ſum ſomnolēta deſes
et inattenta. Et hoc eſt heu vnde ſūme do⸗
leo. q̄ꝺ nūc queror ⁊ deploro. hoc eſt pro q̄
vos deꝑcor ꝓ quo vr̄is aduoluor pedibꝫ.
pro quo vr̄aꝫ interpello gr̄am ⁊ ꝑſidiū po
ſco vt ex nūc ſim robuſtior magiſqꝫ ſolici⸗
ta ex toto corde ad vos in meis aggreſſibꝫ
et aduerſitatibꝫ recurrere.

Minime opus ē (o glorioſi ſancti dei)
veſtras diuitias veſtrā gloriā in aliq̄
diminui dū mihi ſuccurritis. Nihil a vobꝫ
peto p̄ter verbū. ⁊ vt ꝓ me apud deū quibꝫ
opportuna ſaluti mihi ꝓueniāt dignas p̄⸗
ces dirigatis. Non arbitror taꝫ anguſtam
eſſe veſtrā caritatē/ veſtrāqꝫ largitateꝫ. vt h̄
mihi denegetis. Incōpabilis q̄ppe eſt mo
dica illa caritas (ſi vel modica in me ſit) ar⸗
denti illi fornaci veſtri amoris. Et tamen
nemo adeo mihi cenſet̄ alienus etiam ſi iu
deus vel gentilis imo ſi patris aut matris
occiſor. cui corde ſincero ꝑ ſe aut ꝑ aliuꝫ ꝑ
ſe p̄ces ad dn̄m ꝑ me fieri inſtanter req̄ren⸗
ti/ nō libenti aīo adq̄eſcerē. Quo igitur pa
cto ꝓ me apud deū nō intercedetis cuꝫ ſim
chriſtiana ⁊ veſtra ſoror in fide ⁊ vos ad id
faciendū inſtantiꝰ interpellem. p̄ſertim cū
vos in nullo defenderim? Et ſi offendi. do
leo ⁊ veniā peto. Cū profecto talis ac tāta
ſit veſtra dilectio tā qꝫ ampla largitas ⁊ ex
tenſa/ preſumi nō poteſt vt ꝙ tam humili⸗
ter ac decenter peto. mihi recuſetis. Vō ſi
feceritis/ bene mihi vtiqꝫ erit. qm̄ certa ſuꝫ
ꝙ apud deum infallaciter impetrabitis q̄c
quid pro me petieritis. Cur enim vellet
ipſe me vos deꝑcari veſtramqꝫ orationem

ad meā inſtantiā ſicut inceſum dirigi ī cō/
ſpectu ſuo. niſi vos duceret audiēdos. Nū
q̄ꝫ vobis talē afferret cōfuſionē. vt vos va
cuos a ſe repelleret. Que etiaꝫ eſſet illa vr̄a
felicitas ſi n̄ repleret̄ deſideriū vr̄m in oī/
bus que expoſtulatis.

R Adhuc pſumā amplius ꝛ dicā. ꝙ deꝰ
per os veſtrū ꝛ per veſtrā doctrinam
mandatū mihi dedit/ vt ad ipm̄ ꝛ ad vos/
ſit meū refugiū in omnibꝫ neceſſitatibꝫ me
is. Cum igit̄ h̄ pcepit deus ꝛ ſub hac fidu
cia vos interpello. quo modo credi poterit
ꝙ vnū iubeat ꝛ alterū faciat. atq̄ꝫ ita mihi
nō ſuccurratis? Jubet quippe ꝑ voſipſos
vt ſemꝑ ſit ſpes mea in ſuaꝫ bonitatē. ꝛ ita
vtiq̄ꝫ eit. in tantū vt etiā ſi me occidere vo/
luerit/ nihilominꝰ ſperabo in ipm̄. non igi
tur ob aliud vult me ponere ſpem in ſuum
auxiliū. niſi quia vult ſuū ꝛ veſtrū auxiliū
petenti/ aſſiſtere. Qđ ſi mihi quis dixerit.
hoc intelligendū eſſe dūmodo bona ꝛ ſan/
cta ſit hec ſpes mea ꝛ nihil cōtra mandata
eius admiſero. Heu me hoc eſt pcipuū. p/
pter qđ bonū arbitror ponere in dn̄o deo
ſpem meā. ꝛ eius inniti auxilio vt videlicꝫ
ſuo munere mihi ſit pſeuerantia in obſer/
uantia mandatoꝝ ſuoꝝ. ꝛ tandem in extre
mis inueniar in gr̄a ſua. ꝛ in ſuo ſeruitio.
Et ſi nō concedet̄ hec mihi gratia intuitu
pcū mearū/ ſaltē concedet̄ ꝓpter diuinū mā
datum quo ſtimulor ad petendū.

Conſidero inſuper ꝙ ſi veſtrum qui/
libet/ vnius diei indultum ſeu remiſ/
ſionem impetrauerit/ magnis abundabo
diuitijs. Minime autē difficile eſt ita im/
petrare imo longe plusq̄ꝫ petere pſumereꝫ
quoniā et ſi magna recipere nō merui/ ve/
ſtra tamen largitas expoſcit vt magna mi/
hi tribuant̄. ſed ꝛ mea ingens neceſſitas p/
ſidium magnū efflagitat nō alibi q̄ꝫ apud
vos inueniendū. Qđ ſiquis dixerit hāc
elemoſynam bonis operibꝫ ꝛ legitimis ad
vos obſequijs eſſe mihi conſequendā. Re
ſpondeo ꝙ iam eſſet elemoſyna quodāmo
do vendita nō donata. q̄ꝫuis tamen etiam
id modicuꝫ honoris qđ vos interpellans
meq̄ꝫ ſubijciens ꝛ humilians vobis impē
do quodam iure poſtulat vt quadam vi/
ciſſitudine mihi ſuccurratis. atq̄ꝫ ita nō in
vanum ſpem meam atq̄ꝫ refugium in vo/
bis poſuerim. Fateor quidem me nō cō
dignum ad vos habere honorē ꝛ amorem
ſed debilis ſum viribꝫ ꝛ facultatibꝫ inops.
De modico autē modicuꝫ grate ſuſcipien
dum eſt. Jtaq̄ꝫ dum ero locupletior in do/
nis ſpiritualibꝫ. abundātius ꝛ opulentio/
ri corde vos honorabo vos amabo. Di
co inſuper ꝙ noui perſonas aliquas abſq̄ꝫ
lr̄is/ etate etiam iuuenes. quarū conuerſa/
tio ab vtero fuit in campis. que nihilomi/
nus ex vehementi affectu largiendi alijs
dum ſibi nihil donanduꝫ adeſſe viderent/
voluerunt id vaſculum in quo ſepeliri de/
buerant in elemoſynam conuerti/ ſeq̄ꝫ nu/
das in terram proijci ꝛ exponi vermibus.
fuit hoc nobile teſtamentum. Qđ ſi vna
parua ſcintilla caritatis. tantum opus hic
deorſum valuit efficere tantamq̄ꝫ ſuſcitare
flāmam exterius ad ſubuentionē alterius
quid queſo eſſe debebit apud veſtrā abun
dantiſſimā ardentiſſimāq̄ꝫ caritatem circa
nos pauperes. qualē emittet ille ignis flā/
mam. quale inſuper opus demonſtrabit? S

Conuerto pterea conſiderationē men/
tis ad illam veſtrā caritatē atq̄ꝫ largitatem
quā dum hac mortali vita fungebamini/
erga pauperes habuiſtis. vnde magnū cer
tiſſimūq̄ꝫ auſum concipio ad vos interpel
landum. ſperans vtiq̄ꝫ mihi venire deſuꝑ
auxilium. Cum indubie nō diminuta ſit
per gloriam veſtra caritas. imo ineſtima/
biliter aucta ꝛ pfecta. Et ſi enī vobis deſit
miſeria/ mīa tamen adeſt. cum illi ſitis pro
pinquiſſime iuncti/ cui ꝓpriū eſt pcere ꝛ mi
ſereri. Non ſufficeret tempus nec lingua
aut intelligētia illa numerare pietatis opa
que vobis veſtra ſuaſit caritas erga paupe
res exercere. Que enī egritudo miſeria aut
pauptas inuaſit homines/ cui nō ꝑ nō eſſe
tis pſidio/ ſanādo ſuccurrendo. famē ſitim
algorem patiendo vt alios paſceretis ꝛ re/
ficeretis. Alter veſtrum ſeipm̄ in ſeruū ve/
nūdauit vt filium pauperis vidue de ma/
nibus hoſtium liberaret. Alter ſe mortis
periculo commiſit vt hinc alium eriperet.
Alter diuiſit veſtem qua indutus erat hye
me profunda vt alium nudum hinc tege/
ret. Alij nec metu mortis imminentis a pie/
tate ſepulture mortuorum aut viſitatione
captiuorum retrahi potuerunt. Alij tanto
gratie priuilegio donati ſunt vt etiaꝫ vita
functi de ſuis corporibꝫ oleum miniſtrent
ſanandis egritudinibus opportunū. Hec
autem que loquor non niſi corpalibꝫ defe/
ctibus ſubleuandis deſeruiunt. quos reue
ra incompabiliter ſupant anime ſpūales

indigentie ac neceſſitates. tāto illis ꝑicloſ/
ſiores/ quāto corꝑi mortali preeminet aīa
īmortalis. ⁊ mors eterna magis timēda eſt
ꝙ̄ tēpalis ⁊ tranſitoria. Cum igiť nihil vr̄e
caritati iam deꝑierit/ imo multum accreue
rit ꝑfectionis/ quāto magis nūc ꝙ̄ tūc ſuc/
curretis: Succurretis inꝗ̄ mihi vos in/
ſtanciꝰ in tāta neceſſitate requirēti. ꝑſertim
cū de his mea ſit ad vos obſecratio que lō/
ge plus diuinū honorē ac veſtrā laudē cō/
cernūt/ ꝙ̄ quelibet corpoꝝ ſubuētio ¶ Et
vere ita eſt ꝙ etiā in carne viuētes/ maiorē
longe caritatē ad ſalutem alioꝝ demōſtra/
ſtis ꝙ̄ lingua ſufficiat exprimere. Nec eti/
am quālibet acerbiſſimā penam aut mor/
tis quodcūqꝫ horrēdū genus ꝑhorruiſtis/
dum in medijs tormentis/ conſtanter ver/
bum fidei ſalutaris/ ꝑ̄dicabatis. ad illumi
nandū eos qui in tenebris idolatrie ſede/
bant ad dirigendū pedes coꝝ in viam pa/
cis. Heu glorioſiſſimi ſancti. iam nec vos
mori oportet nec hmōi ꝑſecutores ⁊ tormē
ta ꝑpeti. ad mihi auxiliū ferendū. ad me ſa
nandū. ad me illuminandū. ad me deniqꝫ
dirigendū ꝑ tramitē virtutū. nec aliud cir/
ca hoc peto niſi vt tm̄mō ſenſeritis. vel do
minū oraueritis/ vt ita fiat quēadmodum
fieri deſidero. ⁊ tunc abſqꝫ dubio fiet. ſiqui
dem nihil vobis denegandū arbitror a pa
tre miarū. Mala quidē ſum fateor ⁊ vicijs
vndiqꝫ irretita. id enī heu nimis experior.
Sed deo ꝓtegente/ nō vos ꝑſecuta ſuꝫ. nō
vos morti tradidi ⁊ nihilominꝰ etiā ꝓ his
qui vos ꝑſequebanť etiā in medijs tormē
tis dū adhuc eſſetis hic ſupſtites orare cō/
ſueuiſtis. quāto magis nunc ab his ꝑſecu
toribꝰ īmunes/ ꝓ me nihil horū conſcia de
ꝑ̄cari curabitis. Condonate mihi obſecro
nimiū forſan ꝑ̄ſumenti ⁊ magna exaltanti
Merito enī inquā mihi vos humiliter ac
deuote deꝑ̄canti. aderitis adiutores atqꝫ
oratores qui iaꝫ tuti in gloria reſidetis. cū
etiam veſtra recuſantibꝰ ac ſpernentibꝰ pre
ſidia. voſqꝫ atrociter inſequentibꝰ/ volui/
ſtis adeſſe propicij.

z. ¶ **Loquitur anima**
inimicis eā in deſꝑatōꝫ inducere volētibꝰ

REcedite a me recedite inimici.
⁊ vobis ſilētiū indicite. Dicitis
enī qꝛ fruſtra ſanctos imploro
fruſtra leuo ī eos oculos meos.
qm̄ de numero ſum reproboꝝ. ⁊ eterno dei
iudicio/ dānationi obnoxia. atqꝫ ob id ſan
cti dei oēs/ diuinā ſuꝑ hoc volūtatē cogno
ſcentes/ nulliꝰ momēti me reputant. ⁊ me/
as ꝑ̄ces aure ſurda ſuſcipiūt. O mēdaces
atqꝫ infideles hoſtes. quis vos ſuꝑ hoc cer
tiores fecit? Certa quidē eſt hec de vobis
ſententia. qm̄ irreuocabiliter damnationi
traditi eſtis. Circa me certe non ita eſt. qm̄
ſi me dānare deus voluiſſet/ iam duduꝫ id
facere potuiſſet. ſiquidē id dudū demerui.
niſi mīa eius ꝑ̄ueniſſet me. Si etiam me
dānationi tradendū decreuiſſet. mīme mi/
hi ſuo munere hoc tam vehemens adeſſet
penitendi deſideriū. ſuūqꝫ patrociniū me/
dijs ſanctoꝝ ſuoꝝ interceſſionibꝰ implo/
randi. Scio profecto quicqd vos hoſtes
iniqui dixeritis. me nunc in ea adhuc vita
ſubſiſtere in qua mihi facultas eſt meā deo
propicio ſalutē operari. Nec id mihi dubi
to futurū ſi in toto corde ſcrutata fuero mā
data eius. Scio inſuper id me ſuo mune/
re ⁊ ſuorū ſanctorū ꝑ̄ſidijs hoc poſſe adim
plere. ¶ Sinite igitur hoſtes nequiſſimi
amplius ita me ad deſperationē proſequi
quia minime ꝑ̄ualebitis ¶ Et qd̄ ampliꝰ
eſt/ quicqd in futurū circa me facere diſpo
ſuerit. ſua enī ſum. qua pro ſuo vti poteſt
libito inſtitui nihilominꝰ quamdiu gratia
tempus ⁊ facultas ad hoc aderunt/ ipſum
diligere optimūqꝫ ac iuſtiſſimum iudicare
quod voſipſi omnes inimici veſtra in ma
lo impediente obſtinatione/ minime face/
re valetis in quo vtiqꝫ veſtri ſtatus deteri/
or extat cōditio. cum ille vobis odio ſit cui
propriuꝫ eſt eſſe ſummū bonū. illūqꝫ iniu/
ſtum ac crudeliſſimū cenſeatis/ quē cōſtat
eſſe iuſtiſſimū ac pijſſimū. Abſit igiť vt vo
bis ſilis fiam. Cur enī ſalui fieri non vale
tis niſi quia indulgentiam poſtulare non
vultis. Non itaqꝫ ſic faciā/ imo inceſſanter
indulgentiā petam ⁊ requirā. Ipſe etiā mi/
hi mandatū dedit vt ſpem in ſuo reponaꝫ
auxilio. quod minime faceret ſi me ſtatuiſ/
ſet condēnare. Cur queſo mihi bone vo/
luntatis preberet initium/ cui complemē/
tum dare non vellet? Cur me ad meditatō
nem ſui/ inſuper ⁊ ad ſui cultus deſideriuꝫ
cōmoneret. ſi nō id me ſemꝑ vſqꝫ in finem
vellet eſſe facturā? Idcirco Scitote falla/
ces inimici/ illi potius quaꝫ vobis fidem
adhibebo. nec ab inuocatione ſui patro/
cinij vllatenus deficiam. Diſcedite itaqꝫ
hinc et mala veſtra hora huc veneritis et

ad veſtrā ꝯfuſionē. me ſinite mee orōni da
re finē. Nec enī a ꝯſpectu ſanctoꝝ quibus
aſſiſto nūc abibo/ donec ſigno aliquo cer-
to mihi innotuerit me fore exauditā. Nō
vtiqꝫ ſignū nō aliūde certius ſumēdū arbi
tror/ q̄ꝫ ſi in ꝓfunda humilitate/ meos defe
ctus meāqꝫ paupertatē recognoſcā. ⁊ ex toto
corde/ illis intercedentibꝫ in dn̄o habuero
fiduciā. Nō ſi milleſies me ſeduxeritis ac
deieceritis/ milleſies reſurgā. qꝛ mihi ſem-
per aderit apta grē porta. Illos in deſpera
tionē adducite. qui diuinā bonitatē igno-
rant ⁊ ſanctoꝝ potentiā. vel etiam qui eos
exorare vel negligūt vel ꝯtemnūt. Fruſtra
ti quippe eſtis fauente dn̄o/ veſtra intētio-
ne circa me. nec opus eſt vt mihi mea pec-
cata ꝯmemoretis/ inferentes hinc me cele
ſtibus p̄miis eſſe penitus indignam. Id
etenim ſcio. Sed ſcio. ꝙ pius ille meꝰ pat̄
ihs xp̄s/ meū debitū ſoluit ⁊ mea oīa quo
tienſcūqꝫ mihi diſplicuerint deleuit pecca
ta. mihiqꝫ ſuo precioſiſſimo ſanguine/ cele
ſte regnum lucrifecit ⁊ emit. ⁊ hoc titulo et
nullo alio/ poſſeſſionē huiꝰ regni preſtolor
ſicut ⁊ olim ab illo glorioſo beato bernar-
do in ſua viſione reſponſum accepiſtis.

a ¶ **Adhuc loquitur**
anima inimicis volentibꝫ eam in deſpera
tionem inducere. ⁊ reſpondet eis.

Q Uid dicitis adhuc fallaces atqꝫ in-
fideles hoſtes Dicitis hanc meā
ſpem. temeritatē quādā eſſe ac pre
ſumptionē. q̄m nō eſt homo viuēs ſuꝑ ter
ram quātūcūqꝫ etiā grauis peccator. q̄ nō
ſe ꝯfidat ſaluandū. Sed plurima coꝝ re
ſtant que ſtultꝰ nō excogitat Dicitis inſuꝑ
multos vos in me cernere defectus/ quos
mīme diſcerno. neqꝫ obſeruatis vſqꝫ in fi
nem cū me ſic inuadere atqꝫ circūuenire ꝓ
ponitis vt paꝝ mihi ꝓdeſſe poſſit hec ſpeſ
mea/ quā p̄ſumptuoſam temeritatē appel-
latis. cū illius regis legē mīme obſeruem.
vnde ſpero auxiliū. ¶ Nec ꝑfecto per hūc
modū me deiicietis a ſpe bona. O nequā
ac deſꝑati. Nō quidē dico mihi hāc adeſſe
fiduciā vt abſqꝫ obſeruātia diuine leg' ſal-
uari p̄ſumā. Eſſet hec indubie nō ſpes ſed
p̄ſumptuoſa temeritas Hmōi ſunt q̄ꝫ plu-
res qui ſine penitentia ⁊ correctione male
vite/ deum eos ſaluaturū arbitrant̄. dicen-
tes non ideo eos deum feciſſe vt condēnet
Abſit vt ſic ſpem meam inſtituam q̄nimo
ſumme cupio in melius reformari ⁊ legem
totam adimplere. ſine qua impoſſibile eſſe
ſcio me ſaluari Ad id aūt faciendū mihi cō
fido p̄ſtari vires a dn̄o. ⁊ ſuoꝝ ſanctorum
ſuffragiis. ¶ Et q̄uis iam ignorē an ſim
in grā vel non aut ſi in ea ꝑmanebo. ſpero
nihilominꝰ ꝙ deus tandē meas illumina-
bit tenebras ad diiudicandum illos in me
defectus. quibꝫ forſan ad p̄ns a gratia dei
ſum aliena. Idqꝫ ip̄m quotidie dep̄cor. vt
ſic de tenebris meis lumē faciat ſplēdeſce-
re. ꝙ inimicis tandē dicere nō incumbat.
Nos eam p̄ſtrauimꝰ. nos eam ſuꝑauimꝰ.
Ipſum inſuꝑ inſtantius exoro/ vt me in-
ſtruat quo pacto legitima ſeu integra con-
feſſione vel quōlibet aliter/ a peccatis q̄bꝫ
forſan ignorās ſum irretita/ liberari valeā
¶ Et quidē videtis qualiter ego frequent̄
meipam p̄paro. vt ſciā quid rn̄ſura ſim in
illa extrema hora mortis/ q̄n ſum a corpo-
re migratura. ⁊ ad id ſciendū ſumme anhe
lo. Sit igit̄ hec vobis mea rn̄ſio videlicet
ꝙ celeſtiū bonoꝝ retributionē peto ſub ti-
tulo ⁊ in ſpe mei glorioſi redemptoris ihū
xp̄i/ qui mihi ius in illis vendicauit. et ob
id ſuā mihi impartiri miaꝫ p̄cor. q̄ in primis
a peccatis meis ex mera ſua grā. ſuaꝫ auer
tat faciē ⁊ omnes meas deleat iniquitates
et exinde me faciat ſue legis factricē ⁊ man
datoꝝ eius. ¶ Scitis ne hic quicq̄ꝫ dice-
re. Quid ad hec rn̄debitis o vos inimici
imortales. qui veſtris fraudibꝫ male me de
terrere ſatagitis: quid vobis ampliꝰ reſtat
replicandū: Si deus ꝓ me. quis ꝯtra me:
Quis me accuſabit quis me condēnabit:
Nō vos p̄fecto tortores. nullā niſi quanta
vobis ꝑmiſſa eſt diuinitꝰ habētes ptātem.
Diſcedite igit̄ cū omī vr̄a ꝯfuſione ⁊ igno
minia. ¶ Reuertar ad vos. glioſos celeſtis
curie ſanctos. ex quo his rn̄di proditoribꝫ
inimicis/ qui p̄cipue in ꝯſpectu vr̄o/ mihi
continuas parant inſidias. me quoad p̄nt
impedientes atqꝫ impugnātes. Nō profe-
cto vos in hoc venerant̄. Nūquid non ero
dū veſtris aſto cōſpectibꝫ/ vr̄a auctoritate
protecta: Nūcius etiā in mediis hoſtibus
tutus erit. nūc aūt hos cernitis ꝑfidos ho
ſtes. ad meā que vobis velut nūcia dirigit̄
dirimendā lacerandāqꝫ orationē niti. me
qꝫ deorſum de ꝑadiſo velle p̄cipitare. Om
ni igitur iure illos odio habebitis. nec coſ
audietis aduerſus me ſeu aduerſus meam
deuotam orationē vociferantes. vos inq̄ꝫ

hoc videntes ac ↄſpicientes. Et ſi nõ alia
ſubeſſet vobis cauſa mihi miſerẽdi paupi
veſtre ſorori/iam diutius vos depcanti.q̃
illoꝝ ſpretus ratõnabilis. ⁊ gaudij ſubtra
ctio.qđ vtiq̃ me vos repellẽtes.eis afferre
tis.poteritis nihilominꝰ ⁊ debebitis meo
videre.me exaudire.ac replere.mee indigẽ⸗
tie ſaccũ.ab vbertate elemoſynaꝝ veſtrarũ
vt ſic cũ gaudio ⁊ profectu ad patris mei
celeſtis honorẽ ⁊ ad veſtrã laudẽ ⁊ gloriaꝫ
inſup ⁊ inimicoꝝ veſtroꝝ confuſionẽ. re⸗
uertar a vobis exaudita.

a

## Oratio pro aliis vi

uis ⁊ mortuis/ſuper hoc verbo. orate pro
inuicem vt ſaluemini.

Esto q̄ ego adeo pdita ſim ac deie
cta/vt p me nullã elemoſynã valeã
aut debeaꝫ meo queſtu impetrare.
ſupplico ſaltẽ ne mea miſeria fiat nocumẽ
to ceteris paupibꝫ magni hoſpitalis huiꝰ
mundi ac carceris purgatorij. quos que⸗
ſtu o ⁊ pro quibꝫ interpello. Satis quippe
imo nimis magna eſt mea pro me miſeria
abſq̃ hoc q̄ ceteris ſim detrimẽto. ſed ⁊ ce
teri ſatis abũdeq̃ ſua torquenť inopia abſ
q̃ hoc q̄ mea eis infeſta ſit. dum mihi iam
ex officio incũbit hmõi p eis queſtũ facere
aut q2 p eos ad hoc ſum deputata. aut req̃
ſita. aut rogata. aut q2 ob id aliqua recepi
tpalia. aut q2 mihi ſanguine iuncti ſũt. aut
quia dũ eis vires ſuppetũt/ſiľ e mihi bene⸗
ficiũ impendunt. Uererer pfecto p his
ſpũales elemoſynas nõ poſtulare ſm eorũ
indigẽtias. que multũ certe ſunt miſerabi⸗
les. Et haud dubie/ nõ poterit elemoſyna
illic inutiliter accedere. q2 et ſi nõ huic ſal⸗
tem alteri ↄueniet. Non eſt paupτas. infir⸗
mitas moleſtia vel afflictio/q̃ nõ inueniať
in hoc hoſpitali atq̃ in pfato carcere diriſ⸗
ſimo. Quidã nãq̃ ardẽtiſſima febre luxu⸗
rie correpti/ adeo vehementer cruciantᷣ/vt
nec ad momentũ reſidere aut q̃eſcere poſ⸗
ſint. Alij auaricie ydropiſi turgẽtes/indeſi
nenter ſitiunt. Alij torporis ⁊ acedie putre
ſcunt lepra. Alij velut canes furioſi. iurgijs
ac detractionibꝫ pſtrepunt. Alios porcina
defedat crapula. Illos ira vindicãdiq̃ fer⸗
uor inſanire facit. Hos inanis gloria tu⸗
meſcere. Alios abſq̃ intermiſſione torq̃t
inuidia. ita vt nec alterius pſpera patiẽter
cernere ſinat. Habet hic aures impias. Il
le cecos habet oculos. Ceteris cor grauiť
laborat. Plurimis nec vnũ mẽbrũ validũ
eſt. Sunt qui p malã famaꝫ vndiq̃ fetidi
ſunt. Et vt breui ſermone/ multa q̃ ad ple⸗
nũ exprimi nõ poſſunt amplectamur/nẽo
eſt qui ñ alicui ſubiaceat indigẽtie aut mi
ſerie. hic quidẽ plus. ille aũt minꝰ. Quã
tũ vero ad eos qui carceri purgatorij man
cipati ſunt/res ipa patula eſt. pena ſeipam
manifeſtat. Sũt nihilominꝰ hi/deo ac ſue
familie dilecti/poſt breue tpis interuallũ
filij regis in gloria coronãdi. ac p inde me⸗
rito eis elemoſyna impẽdenda eſt. Et cũ p
ſeipis mẽdicare nequeant. Ego paupcula
in ceteris ex ↄpaſſione moueor ⁊ impellor
vt iam dixi p eis mẽdicare. etiã ſi nihil hic
ſim ↄmodi pceptura. Offero igiť ſaccum
mee mẽdicitatis vobis opulentiſſimis ele
moſynarijs. imponatis larga munera/hu
iuſmodi infirmis ac captiuis eroganda ac
diſtribuenda. vbi tam euidens inuẽta eſt
neceſſitas. Eſt pfecto paupτas non ficta.
nec enĩ eſt paupτas alia. que paupτati pec⸗
cati valeat ↄpari. Plures quidẽ veſtꝝ. O
glorioſiſſimi ſancti dei experimento didice⸗
rũt qđ nũc dico. ne igiť me vacuã remiſeri⸗
tis a ↄſpectu vrõ. q̃ tã iuſto titulo ⁊ in tãta
neceſſitate vos interpellere compellor.

## Oratio ad dominũ y

ihm xpm ⁊ ad glorioſam virginẽ.

O Certa ſpes ac finale refugiũ aĩarũ
ihu xpe redemptor noſter. ⁊ tu vir
go ſua mr̃ glorioſiſſima. Etſi ego
paupcula/ apud ceteros oẽs ſanctos. eliã
grẽ fraudarer. repulſãq̃ ab illis oĩbꝫ pater⸗
rer. ↄſiderẽ nihilominꝰ adhuc in excellenti
ſupabũdãtia/ vrẽ dulcedinis/ mĩe atq̃ lar⸗
gitatis vrẽ bonitatis ĩmenſe. In vobis ſi⸗
quidẽ duobꝫ ⁊ p vos celebratũ eſt atq̃ pfe
ctum nrẽ redemptionis opus. datiq̃ eſtis
ac ſpẽaliter ex officio deputati ad ferenduꝫ
opem miſeris ⁊ recõciliandũ peccatores. q̃
ſi vtiq̃ non fuiſſent/ nec tu domine Jeſu
xpe humanitatẽ ſuſcepiſſes. nec tu dña glo
rioſa. fuiſſes effecta mater dei. Hic ſane re⸗
perio/meũ quidem carne fratrem/meuꝫ eẽ
deum ac meũ iudicem. Inſup ⁊ meam ſo⸗
rorem optimã illius quidẽ iudicis matreꝫ
meã conſpicio factam aduocatam ac pro⸗
tectricem. In his diues ſum. cũ in meipã
ſim pauprima. Apud hos quelibet neceſ⸗
ſaria mihi atq̃ optuna copioſe repire va⸗
leo. qui vtiq̃ nihil vtile. ac ſalutare mihi

denegabūt. Non egredient̄ profecto extra
portā mee memorie. ſi non prius partē ſue
dulcedinis ac bonitatis guſtauero? At ego
quidē inter hec duo tam tuta preſidia col/
locata. quo pacto deficiam. cur nō ſperabo
Cur diffidā. ꝑſertim ſi nō ab eis abiero. ſi
non mea ignauia/ eorū fecero longe a me
auxiliū? Et hoc vtiqꝫ eſt ꝓ quo nūc inſtan
ter vos deprecor vos exoro. vos inquā talem
matrē taleqꝫ filium. qui me talibꝫ tanqꝫ ſoli/
dis bone ſpei vinculis vobis iugi ꝯnecti/
qꝫ voluiſtis. vt veſtra protegēte gratia nū/
quā a vobis valeam ſepari. ſi tamē in nouiſ/
ſimo ſuſpirio mortis in hac ſpe ⁊ gratia re
perta fuero.

## Alia oratio ad do/
minū ihm xp̄m ⁊ glorioſam virginem.

O Me incōſultā deſidē atqꝫ infelicē: quā temeritate frequenter ab illa
mei patris ihu xp̄i. ac mee mr̄is tu
ta ꝓtectōe. me ſubtrahere audeo? Cur eua
gor ꝑ amaras voluptates. ⁊ ꝑ ꝑiculoſos ri
uos magni huiꝰ mūdi maris? Quid alibi
tam ſtudioſe ꝑquiro/ quod longe abūdan
tius tutiꝰ qꝫ hꝭ paratū inuenio. diuitias. ho/
nores. ſapientiā. voluptatē? Cur nō expa/
ueſco. ne dies mortis in eo ſtatu me ꝓoccu
pet. in quo meo deſtituta ꝑſidio. vadā pre
ceps in ꝓfundū inferni. vbi nulla eſt redē/
ptio? Cur recuſo. cur negligo. in eorꝫ ſocie
tate ꝑ ſanctā meditatōeʒ verſari/ quorꝫ ſo/
lo ꝑſidio ꝯſtat omne bonū adipiſci/ mala
qꝫ vniuerſa poſſe vitari? Magna quippe eſt
hec ingratitudo. magna inſuꝑ inertia. imo
veriꝰ horrenda quedā miſeria. hoc mihi ſꝑ
dū venire voluero paratū refugiū auxiliūqꝫ
nō recognoſcere. Verū O dulciſſime pater
ihu xp̄e/ ac benigniſſima mater virgo ma/
ria ouis illa ſum. que ſepe nimis errās per
dita eſt. Sum ⁊ illa fatuella deſidioſa erra
būda filia. que nō niſi tracta ⁊ coacta vult
per vias rectas incedere. Aſſumite igit̄ il/
lius manū ⁊ tenete. nec eā ſuo dereliqritis
regimi. qm̄ ſic cito iret in ꝑditionem.

2 ## Hic loquitur ani/
ma in tribulatione exiſtens ad ſui ꝯſolatō
nem ⁊ patientiaʒ. plurimos tribulationis
fructus ſibi cōmemorans.

O Optime venerit mea gratioſa dn̄a.
tribulatio. et cum gaudio ⁊ affectu
bono ſuſcepta ſit. Deus ꝓuidē pater opti
mus/ te miſit ad me non dubito: Te ergo
equiſſimo iure benigne letāterqꝫ debeo ſuſ/
cipere ⁊ non indecenter tractare aut repel
lere per impatientiā/ tibi aut iniuriaʒ irro/
gando aut aduerſus te improbe murmu/
rando. Erraui fateor. venis ad me/ iuſtā
penam acceptura. Inſipiens ſum ac igna
ra. venis me inſtructura. Deturpata ſum
ac fedata. ad decorandū ac mundandū me
aduenis. In deuium propero: accedis ad
dirigendū. Mortem eternā demerui. ad li
berandū me feſtinas. Grauibus oppreſſa
ſum debitis releuare me ꝑtendis. Elonga
ui me a facie patris mei ihu xp̄i. ad me illi
denuo approximandum reconciliandūqꝫ
huc profecta es. Cum his qui me oderūt.
et occidere querūt. inij conſortiū. hinc me
venis eripe. Nunc pene excecata ſum ⁊ ſur
da. nimiūqꝫ mollis ⁊ laſſa in omnibus mē
bris meis facta. veniſti ſalutē ac robur lar/
gitura. Fiat igit̄ in me ac de me ad ple/
nū ſcḋm inſtitutū veſtri bn̄placiti iuxta mā/
datū ⁊ ꝯmiſſionē optimi patris mei. Gra/
tias ago illi milleſimas qui nō vt ego illuʒ
frequēter/ ita me neglexit. qui me nolēs ꝑ/
dere/ ꝑ te me velut filiaʒ dilectā viſitat. que
nec digna ſum ad ſuā gratiā vocari. ꝗ poti
us mortē merui qꝫ aliā quālibet diſciplinā
et potius horrendā gehennā qꝫ paternam
ac māſuetā correptōeʒ. Vellem te vnū dep
cor (o mea venerāda dn̄a) vt ea circa me cō
miſſione quā a deo/ nō quā ab hoſte ſuſce/
piſti/ fungaris. Modūqꝫ tuā pro mēſura mee
fragilitatis mitiges diſciplinam. nō me ſu
pra qꝫ ferre valebo grauiꝰ affligēs. Quo ſi
obſtāte volo vt nec clamor nec gemitꝰ nec
actus nec ſignū quodlibet in me diſplicen
tie aut amaritudinis aut indignationis/
te retrahāt quo minus dulciſſimi mei pa/
tris iuſſionē/ de me ⁊ ſuꝑ me/ quantū ſuffi
cit impleas. Longe eni meliꝰ me nouit qḋ
mihi expediat. fiat itaqꝫ vt inſtituit ⁊ ſua ſi
mea volūtas impleat̄. Quātūcūqꝫ mihi
grauis extiterit dolor etiā ſi ferra ſi ignes ſi
verbera. ſi vulnera diſpoſuerit/ fiat volun/
tas eiꝰ. tm̄mō me in ſuā ſuſcipiat filiaʒ. mi/
hiqꝫ ſociā faciat tuaʒ ſororē patiam. ſine q̄
vtiqꝫ nimiū dura es ⁊ minꝰ accepta. Ita ſi
fiat mihi/ ꝓfecto ſatis erit nec aliā erga me
peto clementiā. nimiū ſane dura nimiūqꝫ
dira mihi foret illa clementia/ ꝗ me ad bre
uiſſimi temporis morā/ ſuſtineret huiꝰ ſe/
culi abuti voluptatibꝫ atqꝫ in ſtercore meo

voluntari ac putreſcere/donec in momento
infernalibꝫ canibꝫ traderer deuorãda. illic
moritura ſine fine. Lõge fiat a me talis cle
mentia talisqꝫ mĩa. Tibi igit̃ magr̃a opti
ma parere recuſem. tuã equanimiter ferẽs
diſciplinã. tuã ꝑcuſſionẽ. tuam quãtũlibet
durã correctionẽ. Tolerare quippe oportet
mala pñtia vt potiora tandẽ obtineantur
Nam ⁊ pater meus ihs xp̃s. ab hoc ſeculo
nõ migrauit abſqꝫ dura ad modũ pena. ſꝫ
nec eius mater dulciſſima. Que ergo ſum
vt hinc imunis euadã? nõ eſt hoc profecto
poſtulandũ. ¶ O venerãda magr̃a ⁊ dña
dicito ſi libuerit ac denuncia patri meo. in
quãta nũc afflictione detẽta ſum. quã ꝑe/
nam ac preſſurã ſuſtineo. quatinꝰ ſue miſe/
reatur pauperi filie fragili atqꝫ imbecilli ⁊
plene anguſtiarũ ⁊ tormentoꝝ ploratuũ ⁊
gemituũ. Quoqꝫ ꝓpter ſuã bonitatẽ imẽſã
in his tormentis mihi mĩam impẽdat. re/
periens in me bonũ aliqđ qđ remuneret.
Uides nẽpe ꝓpter vehemẽtiã doloris. nec
ꝯuenienter orare nec ad deũ meũ mentẽ me
am dirigere poſſe. ¶ Sed ⁊ vos pĩiſſimi
curatores curie pr̃is mei p̃fati. ⁊ preſertim
tu benigniſſima mater mĩe/ dic ſepedicto
patri meo iam ſatis eſſe poſtula mihi pacẽ
et recõciliationẽ. vt tui honoris ac precuꝫ
tuarũ intuitu/ ꝯſolationẽ aliquã experiar
atqꝫ alleuiationẽ/ ab his quibꝫ nũc p̃mor
flagellis. ſicut de his pueris qui ſcolaſticis
incũbũt diſciplinis fieri ſolitũ eſt. Exhibe
te mihi ad inſtar illiꝰ pie mr̃is. que ſuã fili/
am eripit de manibꝫ pr̃is eã verberãtis. O
neqꝫ inimici vereor ne in meis ꝟberibꝫ ri/
deatis eo mõ q̃ de his inſolẽtibꝫ pueris ri/
deri ſolet. q̃ ꝓ ſuis petulãtijs in ſcolis ꝟbe/
rant̃ dicẽdo ne pepceritis q̃m bñ meruerũt.
O peccatũ ve tibi. q2 me tormentis hmõi
tradidiſti. Infelix illa hora q̃ me ad patris
mei offenſã induxiſti. Inicio q̃ppe mihi
vultũ oñdebas hilarẽ/ teqꝫ placitũ ac hũa/
nũ mihi ſimulabas. ſꝫ heu ꝯuit̃ nimis tua
cauda pũgitiua ẽ ac amara. Quõ igit̃ tibi
ampliꝰ fidẽ dabo. Cur te non toto conatu
deteſtabor. Nũqꝫ ita ad me reuerti valeas
nũqꝫ mihi te videre ꝯceſſum ſit.

## ¶ Adhuc loquitur

anima tribulationi congratulando ei:

O Tribulatio ſi per hec flagella tuta
ſim ac ab illa morte horrẽda ſeuiſ/
ſimaqꝫ facta imunis. ſi per hec ius
hereditatis paterne qđ iam ꝑdiderã recu/
pero. ⁊ qđ longe melius eſt. ſi ꝑ hec ad gra
tiam mei patris reuertor. atqꝫ hinc mea cõ
ualeſcant p̃mia. ꝑfecto mihi optime ẽ. Co
nabor tñ amplius/ huiuſcemõi facinꝰ/ nul
latenus admittere. ignorãs certe An vice
altera mecum tam miſericorditer ageret̃ vt
nunc actum eſt. ¶ O magiſtra tribulatio.
Ex quo mihi mũdanas ſubtrahis cõſola/
tiones ac ſocietates/ nec mihi poſſibile abſ
qꝫ aliqua ꝯſolatione viuere. Concede mi/
hi vel alterã aliquã ꝯſolationẽ ad ſuppor/
tandũ tuas afflictiones atqꝫ tormẽta. Fac
me illius dulcedinis participem quã f̃m
ꝓphe verbũ deus ſeruat ⁊ abſcondit his q̃
timent ⁊ diligunt eũ. per quã dulcedinem
beatus ſtephanꝰ/ ſuos nihil eſtimabat la/
pidatores. beata agatha ad carcerem tãqꝫ
ad nuptias ꝓperabat. apl̃i in verberibꝫ ex/
ultabant. ſanctus paulus dicebat ſe liben/
ter gloriari in infirmitatibꝫ ſuis. et ita fuit
de alijs quibuſlibet ſanctis. ¶ O quid di
co ego inſipiens ⁊ inconſulta. quid dico?
Cur ampliꝰ velim meũ querere ſolatium?
Hec eſt eñi gloria dei. vt iuſticia eiꝰ implea
tur qđ vtiqꝫ fit dũ tribulationẽ ac triſticiã
patior. pro prauis ac ignominioſis volu/
ptatibus/ quibꝫ preter dei nutũ ac manda/
tum/ frequẽter fruitus ſum. Decentius ita
qꝫ eſt ac rõnabilius vt dei volũtas implea
tur/ me verberãs ⁊ corrigens. q̃ȝ de mea va
nitate ꝯſolatõẽ accipiã. In hoc itaqꝫ mea
ſit ꝯſolatio. vt pater meꝰ mihi pacatus ſit/
atqꝫ in me pacẽ ⁊ iuſticiã ſe oſculari faciat
te mediante magr̃a mea tribulatione. Per
te inſuꝑ illi ſimilis facta ſum/ qui repletus
eſt dolore ⁊ anguſtia in ſua benedicta paſ/
ſione. ¶ Debent itaqꝫ hi ⁊ plurimi alij ꝓ/
fectus quos adducis/ ſufficere ad ꝯgratu/
lationẽ tue pñtie. longanimiter expectãdo
illud excellentiſſimũ regni celeſtis premiũ
ad qđ per te intrandũ eſt. Nõdum quideꝫ
tempus eſt ꝑceptionis premij huius. Pre
miũ ſiquidẽ labor antecedet. non laboreꝫ
p̃miũ. Fiat itaqꝫ volũtas tua.

## ¶ Meditatio anime

ad recognoſcendũ dei bñficia. ⁊ ad ſe exci/
tandũ. ad gratias reddẽdas deo.

P Laceat tibi dñe deꝰ omnipotens ⁊
pater glorioſe. placeat tibi vt ea co
gnoſcam ⁊ ꝯmemorẽ bona. q̃ mi/
hi quotidie tribuis. Ingratitudo eñi atqꝫ

Do

ſncōſideratio beneficioꝝ/tibi ſūme diſpli/
cent. optimoqꝫ iure nobis quidē vis tuoꝝ
bonoꝝ vtilitatē afferri. tibi aūt honoreꝫ ꝛ
gloriam. Ita igit̃ ſit dn̄e. pſerua me ab illa
tam repꝛhenſibili ambitione/qua tuam vo
lui furari gloriā. illāqꝫ mihi aſcribere. Hoc
enī faciens. dū gloriā que in tuā cedit ſoꝛ/
tem mihi vellem tollere atqꝫ vſurpare. iu/
ſta viciſſitudine vtilitatē omnē que in me/
am ptē accederet amitterē. Lucifer ille de
altiſſimis cadens ad ima. mihi exemplo ē
ne ita pſumā. ſimiliter ꝛ ſupbus ille phiſeꝰ
Heu miſera q̄d habere valeo. qđ ex te non
accipiaꝫ. Cur igit̃ hinc meipam glorifica/
bo? Cur hinc honorari deſiderabo. Cur
ceteros quibꝫ hm̄oi dona nō aſſunt/ꝯtem/
nā. Aufer dn̄e hanc a me ſtultā ac temerari
am arrogantiaꝫ. Sit itaqꝫ tua gloria tota
tua. ¶ Sed ad tua me cōuerto beneficia
atqꝫ in primis hec in natura cōſidero. vbi
aīaduerto q ſi celū tale/ſolē talē ac lunam
ac tale vniuerſum quale eſt hoc in quo nūc
poſita ſum/ꝓpter me ſolā ac meū amorem
inſtituiſſes in ſtuporē duceret̃ omnis crea
tura hoc audiens atqꝫ diceret. hec eſt illa a
deo pcipue dilecta/ꝓpter quaꝫ tam magna
ac pcioſa dona iſta creauit. Cōſtat nihilo
minus/q etiam in hoc caſu/mallē alioꝝ
quorūlibet mihi adeſſe ꝯſortiū q̄ꝫ in ſolitu
dine relinqui. nec etiā ſi in mea foret optio
ne velleꝫ alios homines aliaſqꝫ beſtias et
aues huic mūdo deeſſe. in eoqꝫ nō viuere.
eoqꝫ meū nō vti. dum illoꝝ carentia mihi
nulli eſſet pfectui. qm̄ abſqꝫ cōſortio minꝰ
iocunda minuſqꝫ grata eſt cuiuſlibet bo/
ni poſſeſſio. Unde me tibi hinc magis ob
ſtrictā ꝯcipio q ſic me in hoc mūdo ſtatui
ſti. q̄ꝫ ſi mihi ſoli illū deſeruire feciſſes. Ap
paret igit̃ quātum me dilexeris/taleꝫ mihi
mundum tribuēs ac meo deputans vſui.
¶ Inſup ſi euētu aliquo/rōne atqꝫ intelli
gentia pꝛſus eſſeꝫ deſtituta. ꝛ hec in me tā
precioſa nature dona/ſuffragio medicine
aut alio quolibet mō. q̄s in integruꝫ repa/
ret. Nōne hinc me felicē multū reputarem
necnō ꝛ illi qui hoc mihi impēdiſſet bn̄fi/
ciū/me cenſerē vehemēter obligatā. Et tn̄
longe pclarioꝛ ac melioꝛ eſt mea ꝯditio. dū
hec tuo dono ſuſcepta/integra cōſeruo/q̄ꝫ
ſi deꝑdita aliūde recupero. ¶ Idem de ce
teris omnibꝫ mei coꝛpis membꝛis ſentio.
Et generaliter de oibꝫ in me bonis ex do/
no creatōis acceptis. ¶ At vero grē dona

longe his maioꝛa ſunt ac potioꝛa. Quis ea
que numeraui. nature dona/merearꝫ abū/
danter tibi gratias reddi. te a nobis diligi
te a nobis honorari in hoc tibi reddendo
quod tuū eſt. Non q bonoꝝ noſtroꝝ eges
as. ſed q2 ſic fieri voluiſti ꝛ diſpoſuiſti. ad
noſtrā vtilitatē. ꝛ ad tuam gloriā. Super
hec tamen omnia mihi tales ſuperaddiſti
gratias vt te poſſim habere in patrem ſin/
gularem et tanq̄ꝫ legitima filia totius tue
hereditatis fieri pꝛinceps atqꝫ in tua gloria
glorioſe regnare perhenniter. ¶ Sed ꝛ poſt/
q̄ꝫ ꝓtoparēs hanc ſuo demerito ꝑdidit he/
reditatem. Tu illā mihi per lauacrū rege/
nerationis reſtituiſti. meqꝫ voluiſti de tua
fieri ſingulari familia. in lege tua xp̄iana.
Que ſunt dn̄e opera mea aut merita. vt mi
hi poſt ſic ꝑditā hereditatē hoc tam ſingu/
lare tam qꝫ excellens munus largiri volue
ris. ad illius denuo ꝑceptionē miſericoꝛdi
ter me reuocans. pꝛe ceteris illis omnibus
qui verā fidem nō habent. tui ac tue verita
tis noticia carētes. ꝛ ſine baptiſmo ab hoc
ſeculo decedētes. Eſt profecto hec vna ſin
gularis ꝛ mera gratia vnde tibi ſoli meri/
to gloria donanda eſt. ¶ Hic verſat̃ opus
mee redemptōnis. in quo longe plus q̄ꝫ in
mea creatione laboraſti. dum vſqꝫ ad moꝛ
tis acerbiſſime ſufferētiā militaſti. O qua/
lem gratiam. O qualem dilectionem. pro
meipa exhoꝛreſcerē quod pro me deus me
us pati dignatus eſt. ¶ Si tuam in terris
conuerſationē ꝯmemoꝛare velim. a tempo
re conceptionis incipiens vſqꝫ ad hoꝛam
aſcenſionis in celum. nihil p̄ter euidentia
incompabilis dilectionis ac ſupermirabi
lis dignationis ſigna repiam erga me in/
dignam atqꝫ miſerabilē. ¶ At poſtq̄ꝫ re/
ſuſcitata ſum per gratiam regenerationis
baptiſmalis/heu quotiens iterato gladio
peccati me moꝛti reddidi obnoxiā. Quo/
tiens te meū patrem ac benefactoꝛē offen/
di. te meū ſupꝛemū iudicem. qui me in mo
mento potes in profundū inferni pcipita
re. ſicut pcipitaſti luciferuꝫ ꝛ angelos eius
in tanta pfectione inſtitutos. ſicut ꝛ pluri/
mos alios peccatoꝛes quibꝫ nō dediſti ſpa
cium aut animū penitendi. aut veniā pci/
piendi. ſed eos irremediabiliter ꝯdēnaſti.
hic quideꝫ in crimine depꝛhendens. ꝛ moꝛ
hoꝛribili patibulo infernali tradens ſuſpē
dendos. Mirum quippe eſt ſi aliud quic/
q̄ꝫ facere valuero/q̄ꝫ tibi regratiari q̄m tibi

ſeruire. ꝗ̄ te honorare. At ego nonnūꝗ̄ te
offendere audeo. male tuis vtendo donis
et qḋ omnē ſuperat offenſam/ inde tibi eti
am aliquādo bellū mouēdo. Sed ⁊ ſuper
hec vt mihi ſemꝑ cura morbi ꝑata ſit. pn̄ie
ſalutare tribuiſti ſacr̄m. ¶ Et ad me tibi re
cōciliandū ac veniā impetrandū/ tuos ſan
ctos pro me fieri oratores voluiſti. ⁊ ad eos
eſſe recurrendū qḋ vtiqꝫ eſt mirande dile/
ctionis ſignū. dum illos tuos amicos pre/
cipuos pro me dignaris interceſſores fieri
que mortē merui milleſies. ⁊ precipue illā
tuam glorioſiſſimā matrē/ meam inſtituis
aduocatā ac mediatricē. ⁊ quod amplius
eſt mihi precipis vt in te ac tuū preſidium
ſpem meā atqꝫ fiduciā totam reponā. Ve/
re inexcogitabilis eſt hec gratia quam mi/
hi preſtas/ iſtaqꝫ dilectio quam mihi inſi/
nuas talis ac tantus dominus. tali miſera
bili. talis iudex. tali peccatrici. Talis ma/
ieſtas. tali vilitati. talis felicitas. tali infeli
citati. ¶ Quid de illa dicā ſplendida atqꝫ
opulenta/ ſcripture ſacre menſa: in qua me
ſuauiter reficis. vbi ꝓpiciam ⁊ ſalubrē ad/
uerſus omnē morbū inuenio medicinam
vbi tota eſt dulcedo ⁊ pro mea cōſolatione
ſuauiſſimus ſapor. ¶ Nec ſilentio p̄tereū/
da eſt ſpecioſa illa tuorum angelorū cuſto/
dia/ mihi tua dignatione impenſa. ad me
dirigendū ⁊ cōducendum in via hac tene/
broſa ſqualentiqꝫ deſerto. ad mihi cōſulē/
dum ⁊ auxiliandū in neceſſitatibꝰ meis ad
me potenter ꝓtegendū contra terribiles il/
los ac ſeuos canes infernales. ne me deuo
rent aut ſuis circūueniant fraudibꝰ ac per/
uerſa ſubtilitate qua pleni admodū extant
Quo mō igiť illis reſiſterē ego ſola igno/
rans atqꝫ infirma. niſi illius tue prefate cu
ſtodie adeſſet p̄ſidiū? Certe nequaqꝫ poſ/
ſem. ¶ Demū quis ore ꝓferre poterit aut
corde cogitare. magnā illā tuā gratiā. qua
ad ꝑceptionem ſanctiſſime euchariſtie me
dignaris admittere. vbi tua corꝑalis adeſt
p̄ñtia. vbi aſſunt ⁊ miniſtrātes angeli. vbi
deuotarū mentiū potentiſſimū inuenitur
nutrimentū. vbi tua paſſio amātiſſima cō
memorať. vbi deniqꝫ patri omnipotēti dō
noſtre redemptionis ac purificationis of/
B ferť ſacrificiū. ¶ Heu pater mi dulciſſime
heu benefactor ſingularis. heu inq̄m atqꝫ
milleſies. heu mihi tue miſerabili creature
que pro his donis īmenſis pro his gratie
excellentiſſimis muneribꝰ/ dietim tibi ma/
lum pro bono rependo. pro gratia ingrati
tudinē. pro honore ꝯuiciū. pro beneficio
nullū ſeruitiū imo maleficiū. ¶ Videor mi
hi profecto omnē creaturā ad vſum meū
tua bonitate creatā/ oculis meis atqꝫ auri/
bus ingeri. legitimo iure cōtra me inſurgē
tem. ac de me cū clamore valido damnatio
nis vltionē expetēte. Condēneť exclamāt
hec maligna atqꝫ inſenſata. que ſic nobis
male abutiť. que aduerſus creatorē ſuū et
noſtrū/ nos ſuis cogit obſequi temerariis
ac turpibꝰ voluptatibꝰ. que nos totali ma/
licie ſue ſubmittit. que ſine medio. ſoli deo
ſeruire deberemus. atqꝫ in ꝑſona eiꝰ bona
oꝑando eū laudare atqꝫ magnificare. Abii
ciatur ergo hec maliuola ab om̄i alia crea/
tura. ⁊ impugneť velut omniū nr̄m inimi
ca. ⁊ proditrix noſtri ſummi regis atqꝫ impa
toris. ¶ Inſuꝑ rationē meā atqꝫ intelligē
tiā conuerti ad vanitatē aut curioſitatem.
¶ Aut etiā hinc male meo corꝑe velut be/
ſtia vſā ſum. ¶ Cōſtitui magiſtrū ⁊ patrē
meū/ malignū illū hoſtē humane ſalutis.
cū tn̄ tua clemētia. tua eſſem in baptiſmo
facta filia ⁊ diſcipula. oīa que in baptiſmo
promiſerā trāſgreſſa ſum. ¶ Tuā cōuerſa
tionē in terris. ¶ Tuā ſalutarē paſſionem
minime ꝯmemoraui. aut ꝑ deuotā ꝯpaſſio/
nē honoraui. ¶ Sacr̄m etiā fructuoſe pe
nitētie. duxi ridiculo. dū mox pꝰ petitionē
venie. reuerſa ſum ad vomitū. ¶ Scis eti
am pr̄ mi celeſtis ꝗ̄ ꝑuū honorē cultū aut
reuerentiā tuis ſanctis atqꝫ angelis impē/
derim. ⁊ p̄ſertim fidelibꝰ illis meis cuſtodi
bus. ¶ In frequētatōne mēſe ſcripture ſa
cre deſidioſa fui. aut curioſa nimis. inanē
magis querēs gl'iā. ꝗ̄ in virtute profectū
¶ Poſtremo dū mihi ꝯmemoro illā meā
indignitatē indeuotionē/ erga ſanctiſſimū
euchariſtie ſacr̄m/ penitus ꝯtremiſco. ⁊ me
rito erubeſco. ⁊ expaueſco timēs ne in hac
tam ꝑcioſa refectione frequēter vt iudas ꝓ
ſata ſim. aut ſicut prepropere ꝯmedēs. aut
ſicut is qui venit ad nuptias non hn̄s ve/
ſtem nuptialē. i. caritatē. ¶ Nec ħ habeo
quid rn̄deā niſi ꝙ nūc de hoc quātū valeo
etſi nō quātū debeo. doleo. indeqꝫ magnā
atqꝫ abominabilē confuſionē intra me pa
tior ⁊ ſuſtineo. Sum itaqꝫ mihi ipſi intole
rabilis. ſi nō aliter vitā correxerim. ſi nō ali
ter ad te amādū ad te colendū/ me impēde/
rim. Quis id ſcio. ꝙ ex me nihil valeo. ni/
hil ſcio. Eſt itaqꝫ ſpes mea finaleqꝫ refugiū

ſin te ſolũ. vt id bonũ qđ cepiſti in me perfi
cias ⁊ ꝯſũmes vſqꝫ in finẽ. inſuꝑ ⁊ malum
qđ in me dñaꝛ / magis ſemper ac magis ex/
purges ⁊ diluas. Paruꝫ ſiquidẽ prodeſſet
imo mihi grauiter obeſſet / omne bonũ mi
hi a te cõceſſum / ſi nõ ꝑ te fuerit a maloꝛuꝫ
incurſib' indeſinẽter cuſtoditũ ac ꝓtectuꝫ.
Inſuꝑ ⁊ mihi tuꝑe donaueris ꝑ gloriam
qđ ad pñs in ſpe indulges ⁊ ꝓmittis.

## Meditatio quedaꝫ

anime cũ ſe ꝑpendit in tꝑali ꝓſꝑitate ⁊ ſpi
rituali ſimul. reddẽdo gratias deo.

O Excellẽtiſſima atqꝫ ineffabilis dei
bonitas. O pater mĩe ⁊ totius cõ/
ſolatõnis. quib' meritis data ſunt
mihi hec bona q̃ peccatrix ſuſcipio? Cur
mihi bonũ pro malo redditũ eſt. gratia ꝓ
ingratitudine. pro dedecoꝛe gloꝛia? In te
dñe. in te ſurgit ſpũs meus. ⁊ oĩa que in/
tra me ſunt. te benedicũt ⁊ magnificãt Tu
enĩ meas deles iniquitates. tu oĩes infir/
mitates meas ſanas. tu me liberas a moꝛ/
te. tu me circũdas mĩa ⁊ miſerationib'. Tu
reples in bonis deſideriũ meũ. tu renouas
vt aquile iuuentutẽ meam. tu me dimittis
in pace mentis ⁊ coꝛpis. ¶ In laboꝛe ⁊ ſu
doꝛe alterius. comedo panẽ. quoniã mihi
tribuis. qđ alij magnis nacti ſunt laboꝛi/
bus. nunc eſtũ nunc frigus paſſi. mari ter/
raqꝫ in medijs ꝑiculis ꝑuagantes. Tu mi
hi terras ⁊ poſſeſſiones populi largiris. vt
diligentius ac liberius mediter in manda
tis tuis. ⁊ legem tuã exquiram. Principes
ac nobiles / ſuoꝝ coꝛpoꝝ ꝑiculis me ſempꝛ
in pace cuſtodiũt. vt ſine timoꝛe de manu
inimicoꝝ liberata / tibi ſeruiã. in ſanctita/
te ⁊ iuſticia omnib' dieb' vite mee. Iuſtuꝫ
igitur eſt / vt ⁊ ego parte ex altera / te ꝓ omni
bus alijs depꝛecer. a quib' tua bona. ad me
ꝑueniũt. teqꝫ pro illis laudẽ. te obſeruẽ. te
honoꝛẽ. ꝑſertim qꝛ non ſatis frequẽter ad
hoc valent intẽdere. Laboꝛant quidẽ pro
me iuxta ſui officij exigentiã. Rationabile
igiꝛ eſt vt ego nõ obdoꝛmiã aut pigreſcam
in his exercẽdis. quib' ſum deputata. Ħ ſa/
ne mutua caritas poſtulat vt inuicẽ bñfa/
ciamꝰ. ¶ Unũ te potiſſimũ ꝓcoꝛ dñe. vt ħ
mihi a te indulta ꝓſꝑitas ⁊ ſecuritas / inſu/
per ⁊ tibi ſeruiẽdi libera licẽtia / nõ meo ve/
niat detrimẽto. ne ſit hec ꝓſꝑitas / mihi lo/
co ꝓmij finalis. Ne q̃ſo in hoc mũdo mihi
mea merces tribuaꝛ. Fateoꝛ q̃ppe me etiaꝫ
bonis pñtib' indignã. Sꝫ largiſſime dñe
pro bñplacito tue volũtatis / potes me in
tuo ſeruitio cũ his ꝓſꝑis legitime inſtitue/
re. qm̃ adhuc longe melioꝛa. ac ſublimio/
ra ꝓmittis ⁊ tribuis tibi ſeruientib'. vitam
ſcilicet illam beatam atqꝫ ſempiternã. Tu
profecto meã cognoſcis fragilitatẽ. ſciens
me illã eſſe imbecillã atqꝫ infirmã filiã que
velut delicata ac tenera infãtula / vtiqꝫ ma/
gnas nõ poſſet ferre moleſtias. atqꝫ ideo ſi
bi plus ceteris ⁊ ſupꝛa ſua merita ꝑcis Ue
niet tempus in quo virtutib' amplius ro/
boꝛata / ⁊ ab vberib' non libens auulſa. po
tero foꝛſan tutius experiri ⁊ probare duri/
ciem aduerſitatis ac ſolido cibo tribulatio
nis veſci.

## Sequitur alia me/

ditatio anime / diſceſſum ſuũ a coꝛꝑe reme/
moꝛantis. ad tunc habendũ aliqđ auxiliũ
et ad ſe excitandũ ad ſanctũ pauoꝛẽ. Et cõ
tinet plures particulas.

Q Uis erit mihi q̃ſo fidus amicꝰ. q̃s
mihi fideliꝛ aderit in extrema mea
neceſſitate. in illa diſtricta hoꝛa ſeꝑatõis a
meo coꝛꝑe. q̃s tũc mihi erit auxilio? Quis
tũc loqueꝛ aut rñdebit ꝓ me? Quis me libe
rabit dũ vocata fuero in tremendo iudicio
ſũmi iudicis. qñ me circũdabũt vndiqꝫ ini
mici mei. multiphariã accuſantes. ac ſecuꝫ
in gehennã trahere ſatagentes. qñ teſtimo
niũ ꝯtra me dicet ꝓpꝛia ꝯſcia / inſuꝑ et opa
mea? ¶ Nũc ne / mũdus aut amici carnis
mihi veniẽt ꝑſidio? Nõ profecto. imo me
ſinẽt ire quo potero. Aderit ne ⁊ coꝛpꝰ cui
tã ſtudioſe intẽdi? Certe mĩme. ſiquidẽ tũc
iacebit putrefactũ in terra. eritqꝫ vermium
cib'. Aſſiſtet ne vel q̃liſcũqꝫ ꝯſolatio / p̄riꝰ a
me delectabiliꝛ ſuſcepta. Reuera non. imo
dũ ad coꝛꝑis poꝛtas aut prioꝛes cõſuetas
voluptates ad meã ꝯſolatõneꝫ regredi vo/
luero. inueniã oculos aures linguã tactuꝫ
et cetera vndiqꝫ mẽbꝛa vbi mihi voluptas
adeſſe ſolita fuit / clauſa ⁊ ſerata. foꝛtiſſima
atqꝫ hoꝛribiliſſima ſera moꝛtis ¶ Tũc igi
tur quid factura ſum ego miſera q̃ diuertã?
Quẽ aduocabo. ſi nõ aliũde veniat auxili
um ꝑ aliquã aliã cõſolationẽ / aliunde q̃ a
coꝛpoꝛe venientẽ. ſi nõ antea mihi aliqueꝫ
cõꝑauero amicũ a quo aliter ꝯfoꝛtata ſub/
ſiſtã? Cadã profecto intra me pꝛoꝛſus de/
